



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866**

De S. Gisleno Confessore Ursidongi, Nunc Gislenopoli In Hannonia  
Commentarius Prævius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72229)



AUCTORE  
J. B.

lum die obiisse, aliunde non constat. Cultus sacer  
S. Arnoaldo impensus ex ecclesia ejus nomine sa-

cra, de qua num. 2, et ex Martyrologio Metensi D  
mox laudato potissimum repetendus est.

## DE S. GISLENO CONFESSORE

URSIDONGI, NUNC GISLENOPOLI IN HANNONIA

J. G.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

## §. I Vitæ Scriptores ; horum ætas et auctoritas.

ANNO CIRCA  
TER DCLXXXI.  
S. Gisleni,  
cui multum  
debet Han-  
nonia,

**I**nter complures Sanctos, qui septimo æræ Christi-  
anæ seculo hodierni Belgii tractum insi-  
gnem, seu advenæ, seu indigenæ, suis virtutibus  
rebusque præclare gestis quam plurimum illustra-  
runt, non infimum certe locum tenet S. Gislenus,  
alias quoque Ghislenus, Guislenus et Gislanus  
dictus, qui et perpetuam in Belgio memoriam  
nactus est cultumque ecclesiasticum præsertim in  
Hannoniæ comitatu haud sane vulgarem. Huic  
piissimo advenæ sua Gislenopolis primordia, in-  
crementa atque decora omnia accepta refert. Fue-  
rat ante dumosus locus vepribusque obsitus, no-  
mine Ursidongus, nunc comitatus Hannoniæ oppi-  
dum est, a provinciæ metropoli binis ferme millia-  
ribus Belgicis distans, non ita spatiosum quidem,  
ast satis nobile, et votivarum peregrinationum  
frequentia in primis celebratum. Nec parum sane  
eidem Sancto debet, tum ipsamet, comitatus Han-  
noniæ metropolis, aliquando Castri-locus, nunc  
Montes-Hannoniæ vocitata, tum Melbodium oppi-  
dum, vernacule Maubeuge appellatum; ut quæ  
ad eam amplitudinem, qua hodieque conspiciun-  
tur, potissimum excreverint erectis per SS. Wal-  
dehtrudem et Aldegundem hortatore Gisleno nobi-  
lissimis cœnobiiis, quemadmodum ex hujus Com-  
mentarii decursu ipsisque Sancti Actis infra  
edendis manifestius patebit.

vitam ano-  
nymus sal-  
tem suppar;

**2** Haud dubium profecto est, quin Gislenus,  
utpote et miræ sanctitatis vir, et duorum, de  
quibus infra sermo erit, Sanctorum magister vel  
solis hæc nominibus peramplam scribendæ Hi-  
storiæ materiam suis Synchronis dederit: imo  
vero non defuisse, saltem inter suppares, qui  
isthoc labore de posteris bene mereri cupierint,  
sat liquido inde elicitur, quod paulo post Nor-  
mannorum anno 881 per hodiernam Hannoniam  
excursionem ac subsecutos adversus casus, non-  
nullæ, quæ rerum a Sancto gestarum testes es-  
sent, antiquissima chartulæ inventæ fuerint, at  
temporum injuria ita male affectæ, ut earundem  
rerum non eamquam partem, quam olim expres-  
serant, legentium oculis subtraherent, eaque  
dumtaxat dilucide indicarent, ex quibus cognosci  
posset, quantum assiduus fuerit (Gislenus) orationi,  
vigiliis sacris intentus, parcimonia conspicuus,  
paupertatis veritate contentus, egenis dilectus, et  
cunctis Dei virtutibus refertus, uti anonymus S.  
Gisleni biographus mox memorandus num. 15  
Vitæ totidem verbis affirmat.

item alter  
anonymus  
sub sec. IX  
finem

**3** Hic ergo, ut ab injuria oblivionis Gisle-  
num assereret ac fugitiva de eo documenta ad se  
retraheret, id sibi negotii sumpsit, ut illa saltem  
Sancti gesta, quæ ex chartulis illis antiquissimis  
necdum evanuerant, eaque itidem, quæ commu-  
nis fama suo ferebat seculo, in unam congereret

lucubrationem, quam S. Gisleni Vitam inscriberet.  
At quonam tempore id ab eo præstitum statuemus?  
Si Mabillonium, qui Vitam illam observationibus  
notisque illustravit, primo loquentem audiamus,  
anonymus Vitæ S. Gisleni auctor ineunte seculo X  
vixisse videtur, uti seculo Benedictino secundo  
pag. 788 scribit; si vero paulo post eundem con-  
sulamus Mabillonium, retrahendus erit anony-  
mus ad medium seculum novum; hoc enim judice  
idem ipse Secundus auctor vixit paulo post Caro-  
lum Magnum et Ludovicum Augustum, quorum  
nempe ille anno 814, hic anno 840 mortuus est.  
Ita vir eruditus; cui ego lubens sane consentio,  
si scriptorem nostrum anonymum paulo post  
Carolus Magnum et Ludovicum Augustum mun-  
do quidem editum fuisse, sed tantum circa seculi  
decimi exordium Vitam illam adornasse, uno  
illo eodemque verbo vixit significare hic præter  
morem suum voluerit.

**4** Etenim, cum anonymus ille non modo  
Halydgario, Cameracensi episcopo, anno 831  
defuncto, veluti ex antiqua fama sub Gislenianæ  
Vitæ finem loquatur; sed et disertis verbis illic  
asserat, S. Gisleni reliquias eodem loco, quo  
Halydgarii tempore conditæ fuerant, dein quie-  
visse multis annis, nimirum propter paganorum,  
seu Normannorum, sub seculi noni exitum  
Hannoniam depopulantium, frequentiam et se-  
niorum segnitiam, et quidem quousque locus  
restitit in eremi vastitatem; consecrarium omnino  
ex hisce ejus verbis fit, ut certe non ante fata-  
lem Hannoniæ anno 881 Normannorum expedi-  
tionem, imo fors non ante annum 898, quo  
Hannonia universa, uti Egilius de Boussu in  
sua Montium Hannoniæ Historia pag. 27 notat,  
variis bellis cladibusque exhausta jacuit, suam  
illam de S. Gisleno lucubrationem citatus anony-  
mus concinnarit. Neque tamen diu post huic  
Operi manum admovisse, vel hinc conjicio, quod  
ante annum 907, seu ante conscripta ab Huc-  
baldo, Elnonensi monacho, S. Aldegundis Acta  
jam tum evulgata esset quædam S. Gisleni Vita,  
quam ipse apud nos tom. 2 Januarii pag. 1045  
num. 25 laudat, et his quidem verbis: Post hæc  
autem, ut in Vita B. Gisleni plenius invenitur,  
etc.

**5** Hanc autem non fuisse primævam illam,  
vel a Synchrono vel a suppari auctore composi-  
tam, tametsi dubitent pag. 218 tom. 6 Historiæ  
Litterariæ Franciæ eruditissimi auctores, idcirco mihi  
in animum induco, quod elucubraturus Sancti  
nostri Vitam anonymus non ad memoratas Char-  
tulas magna ex parte oblitteratas, aut lectu per-  
difficiles, nedum ad populorum rumorem recur-  
risset, si, quo tempore manum operi admovebat,  
primævam

vel x initium,  
ob Hucbaldo  
laudatus,  
scripsit



A *primæva* S. Gislei Vita, aut alia quævis antiqua satisque absoluta, Normannico furori temporumque injuriis superstes exstitisset. At enim, inquit, Vitam S. Gislei qualemcumque ab Hildegario, Meldensi episcopo ante annum 870 defuncto, citatam laudatamque fuisse, atque adeo saltem viginti quatuor annis ante seculi noni exitum passim fuisse notam, laudati scriptores tom. 6 *Historiæ Litterariæ Franciæ* pag. 86 et 87 confidenter adstruunt. Ita res habet; at viros eruditos fefellit Chilleni et Gislei nominum affinitas; cumque haud dubie tum Cameracense *Chronicon*, quod pagg. 242 et 262 Sanctos illos distinguit, tum *Seculum Benedictinum secundum* pagg. 599, 616, 619 et 790 non satis attente consuluerint, factum est, ut, quæ de S. Chilleni seu Chilian, Scotticæ gentis viri, et S. Fiacrio sanguine conjuncti Vita ab Hildegario in S. Faronis Actis citato seculo secundo pag. 617 conscripta exstabant, Sancti nostri Vitæ inscienter affinerint.

partim e fama, partim e vetustis chartulis:

B Itaque, perpensis omnibus, hæc mihi sedet sententia, præter antiquissimas Chartulas supra memoratas, nullam, quæ labente seculo nono vetustior esset, exstitisse Gislei Vitam; eam autem, quæ anonymum nostrum auctorem habet, partim ea laudatis monumentis antiquissimis, partim ex communi fama seu vulgari traditione, medio illo tempore, quod inter annum 898 et 907 effluit, fuisse adornatam. Atque hinc quilibet æque criticæ peritus actutum perspiciet, hanc S. Gislei Vitam, suo inferius loco edendam, utut binis et ultra seculis post ejus obitum composita fuerit, non tamen ex omni parte indignam fide esse; sed neque ex adverso tanta ubique auctoritate eam pollere, judicabil, quin justis de causis vel quandoque ei contraire vel ab ea recedere omnino licitum pulet. Ceterum num anonymus ille Gisleiani Cœnobii monachus fuerit, qualis *Historiæ Litterariæ Franciæ* laudatis auctoribus fuisse videtur, an contra e Clericorum numero, qui Cellensem, seu, ut prius vocabatur, Ursidongam locum post Normannicam procellam aliquandiu tenuerunt, definire ego non ausim, cum se auctor ille eatenus non prodat. Malim tamen opinari, Gisleiani monachi, qui, cum pesum usse abbatiam suam videret, Lucubratione sua S. Gislei memoriæ apud posteros prospectum voluerit, factum fuisse: si enim e clericorum seu clericorum, qui circa seculi noni decimique confinia post monachos Cellam occupavere, numero aliquem ea Vita habuisset auctorem, ceasse ne clericum, cui Gellensium cura inter annos 925 et 929 commissa erat, locum, quo S. Gislei eorum servabantur, quamquam in illa Vita num. 16 diserte notatum, aliosque cum ipso plane ignoraturos, imo nec fidem, S. Gislei reliquias eo loci latere affirmantibus, habituros fuisse, quod tamen de illis Inventionis corporis S. Gislei auctor, de quo mox, num. 3 prodit? Nullam itaque hujus Vitæ notitiam habuisse videntur hi clerici; itaque adeo nec ab horum quopiam eam fuisse confectam, sed alibi servatam non absimile vero est. Ut ut sit, sufficit, fuisse virum satis probum ac sincerum, ut ab eo Fulbertus, teste chronico Cameracensi lib. 1, cap. 77, doctor clarissimus, mutuari veritus non sit, quæcumque in Vita S. Auberti, a se jussu Gerardi I, Cameracensis seculo XI episcopi, conscripta, de S. Gisleo memoriæ prodidit.

7 Anonymum illum alius eodem seculo nec Octobris Tomus IV.

dum media sui parte propecto subsecutus est anonymus, isque Gisleiani Cœnobii, per S. Gerardum abbatem Broniensem, anno circiter 933, uti tom. 2 Octobris pag. 253 et seqq. videre est, reformari cepti, alumnus ac monachus. Auctor hic, uti lucubrationis ejus titulus in Ms. codice Gisleiano præ se fert, sub obedientia sancti patris Gerardi restitutoris ejusdem nempe monasterii militans, Homiliam scripsit de actibus et prædicatione SS. patris et fundatoris... Ghysleni, eamque, uti ipsa Homiliæ verba indicant, pronunciavit ipsomet sancti patris... Ghysleni festivitatis die, eo nimirum tempore, quo primum post Normannicam tempestatem inchoatamque dein cœnobii reformationem ad celebrandum S. Gislei festum et ad hoc, uti loquitur, celebre spectaculum ingens populi frequentia accurrere cepit. Certe compositam pronunciatamque illam fuisse Homiliam ante lamentabile excidium, seu Gisleianæ domus, quod anno Christi 988 mense Augusto contigit, incendium, ex eo etiam satis certum apparet, quod nullam in Homilia sua novæ hujus calamitatis mentionem fecerit, quodque solummodo in posteriori sua lucubratione, cui titulus est, inventio et miracula sancti patris Ghysleni, Gisleianæ domus incendium ac subsecutam mox contractæ mulieris, se sociisque simul mirantibus, sanationem enarravit. Atque hæc de scriptoris hujus ætate jam dicta sufficiant, ut, quam opusculo de Miraculis S. Gislei, a nobis describendo, mereatur fidem, ex ipsa rerum, quas refert, epocha dijudicare lector queat.

8 Gisleianum hunc anonymum alius exceperit scriptor, nomine Rainerus, de cujus ætate, professione, ipsoque Opere nonnulla hic disputare visum est. Ac primo quidem, quantum ex Fragmento Mss. *Annalium cœnobii Gisleiani*, mihi ad paucos dies commodato, intelligere quivi, auctor *Matriculæ Gisleianæ Ms.*, ab *Annalium* illorum auctore, R. D. Petro Baudry, citatus, Rainerum istum, seu Rounerum, uti ipse vocat, S. Gerardi, Broniensis primum ac dein Cellensis cœnobii abbas, discipulum fuisse, contendit. Verum quo minus assentiar scriptori *Matriculæ*, in primis obstat, quod, si Rainerus S. Gerardi, anno 959 in Broniensi monasterio defuncti, aliquando discipulus fuisset, consecrarum omnino esset, ut, cum post annum 1040 Vitam S. Gislei exaravit, septuaginta et septem minimum annis in Gisleiano cœnobio monachus fuerit, ac centenarius lucubrationi suæ insudarit; quod sine ipsius Raineri aut alterius antiqui scriptoris testimonio nemo crediturus est. Neque tamen, contra ac laudatorum *Annalium* auctor in eodem Fragmento insinuat, e monachorum numero, nedum Gisleianorum, excludi Rainerus potest; quippe qui se Rathbodi abbatis, cui Vitam et Miracula S. Gislei inscripsit, minimum subditorum vocat, ac modo auctoritate obedientiæ, modo Rathbodi Jussu imperioque, modo præceptis majorum Ordinis, ad hoc scribendum Opus impulsus fuisse, in suo Prologo aperte profiteatur. Dicere autem, Rathbodum illum non fuisse Gisleianum abbatem, quem Gallia Christiana aucta tom. 3 col. 92 memorat, sed contra Blandiniensem in Flandria abbatem, nomine Rotboldum, de quo Gallia Christiana aucta tom. 5, col. 195 agit, nescio, an non hariolari sit.

9 Difficultatem tamen aliquam facessit quod in nostro Gisleiani codicis Ms. Apographo legitur, nimirum precatu domini abbatis Simonis

AUCTOR

J. G.

hunc subsecutus sunt anonymus tertius, S. Gerardi discipulus, sec. X.

E

seculo XI  
Rainerus.

F

monachus



AUCTOR  
J. G.

a Rathbodo abbate demandatam Rainero fuisse hanc scribendi provinciam. Si enim Simon iste Gislenianus abbas sit, nec diversus ab eo, de quo Seculo secundo Benedictino pag. 799 mentio fit, quo pacto is, utpote ab anno 1015 vita functus, Rathbodum, anno tantum 1040 Cellensi seu Gislenianæ abbatie præfectum, istiusmodi rem postulare potuit? Contra vero, si Simon ille Gislenianus abbas non sit, quidni et Rainerus alterius, quam Cellensis cœnobii, monachus fuerit? Respondeo, nihil in eo piaculi nec absurdi esse, ut Simon, a Rainero memoratus, Gislenianus ille abbas statuatur, qui anno 1015 defunctus est. Et si enim, teste Chronico Cameracensi lib. 3, cap. 20, seculariter vivendo res ecclesiæ Cellensis distraxerit, ac sub vitæ finem ad summam pauperien Gislenianam abbatiam deduxerit, potuit sane, vel facti pœnitens vel humanis ductus commodis non voce tantum, sed et publico ac perenni scripto Gislenianos omnes, qui secum erant, eorumque futuros successores enicissime precari, ut ex iis aliquis S. Gisleni Vitam luculentiori, quam antiqua erat, sermone una cum ejusdem Miraculis in lucem emitteret; potuitque

B adeo ita factum esse, ut viginti quinque annis post Rathbodum abbas, habita æquissimæ illius precationis ratione, Vitam S. Gisleni, qualem Simon expetierat, conscribi jusserit.

Cellensis.

10 At demum tantisper, Simonem abbatem, a Rainero memoratum, non Gisleniani, sed Gerardimontani huic satis vicini cœnobii anno 1040 antistitem fuisse, cujus nempe tom. 5 Gallie Christianæ auctæ col. 44 mentio fit; non hinc tamen consequens erit, ut Rainerus quoque alterius, quam Gisleniani monasterii, alumnus fuerit, ut contra vel in hac ipsa hypothesi multo fiat verisimilius, Rathbodum, Gislenianum abbatem, non alteri, quam uni e suis, ut qui documenta vetera, et, cum res ferret, ipsos miraculorum testes consulere perquam commode posset, conscribendæ S. Gisleni Vitæ ac Miraculorum Historiæ negotium demandasse, quo sic Simonem Gerardimontanum facta petiti copia non sibi tantum, sed et monachis suis arctius obstringeret, ac denique quo tutius Gisleniani sui cœnobii utilitati et augendæ in Sanctum venerationi hocce pacto subserviret. Maneat itaque, quod

C Mabillonius Sec. 2 Benedict. pag. 788 in suis Observationibus Præviis asseruerat, quoque ceteroqui jam nunc a me dicta satis evincunt, Rainerum fuisse Cellensem seu Gislenianum monachum, notamque lucubrationem una cum Libro Miraculorum jussu Rathbodi abbatis sui, anno, uti Vinchantius in Annalibus Hannoniæ pag. 128 aliique tradunt, 1042 defuncti, uno fere ante ejus mortem anno fuisse aggressum. Et de hac quoque S. Gisleni Vita arbitrator egisse Cameracensis Chronici auctorem, dum libro 2, cap. 40 de Sancto nostro, quem Gislanum vocat, deque aliqua ejus Vita, quæ suo tempore, seu medio circiter seculo undecimo, adornabatur, ita scribit: Qui (Sanctus noster) quantus vel qualis vixerit, liber, qui de Vita ipsius componitur, largius edixerit; nec enim seculo illo aliam præter Rainerianam hanc compositam fuisse, usquam legimus, aut gravis aliqua ratio nos credere jubet.

non male  
dei scriptor,

11 Nunc quanti valoris ponderisve Raineri Opus sit, dispiciamus. Subsidia, imo et monumenta, quibus ad concinnandam, uti Simon abbas precatus fuerat, S. Gisleni Vitam omnino opus erat, non parca sibi defuisse, testatur conqueriturque ipsemet in suo Prologo Rainerus;

ut proin nemini mirum videri debeat, nonnulla, D ac vel plura, uti ipsemet ait, quæ suo opusculo inesse debuissent in eo tamen desiderari. Addit tamen, qualiscumque sua sit lucubratio, malæ tamen fidei argui non posse, ac nihil prorsus, ne ceteroqui, ut ait, deprehenderetur falsarius, in eam se intulisse, nisi quod persedulâ investigatione in chartulis atque membranis memoriæ proditum invenerat, exceptis tamen rebus admodum paucis, qualis est narratio de pisce quodam, qui, dum S. Amandus ad Elnonenses suos proficisceretur, coram S. Gisleno e fluvio prosiluit, quam Historiam ex Simone abbate se didicisse, affirmat. Hinc de bona Raineri fide dubitandum minime est. Verum, cum Chartula atque membrana illæ haud dubie non aliæ fuerint, quam eæ ipsæ, quæ binis anonymis num. 3 et 7 memoratis præluæerunt, imo fors non aliæ, quam ipsæmel horum lucubrationes, non majoris certe meriti Raineriana S. Gisleni Vita est, quam utriusque anonymi citata lucubratio; ac proin compositam a Rainero Vitam demum typis committendam non censui, priorem illam, quæ isthac antiquior est, recudere contentus. Quod vero ad Rainerianum Miraculorum S. Gisleni Librum attinet, quorum nempe partem longe maximam ex anonymo S. Gerardii Broniensis discipulo, num. 7 laudato, auctor hic deprompsit, variisque subinde adjunctis ex antiquarum, ut credere licet, chartularum fide exornavit, hunc ego vel idcirco edendum ex integro, non censui, quod tum præmissus ei quasi Prologi vice moralis sermo, tum prolixæ, quæ miraculorum narrationem excipiunt, observationes ethicæ ad institutum nostrum minime faciant.

12 Præter jam memoratos biographos, tres alii nactus deinde est S. Gislenus, de quibus pauca indicasse sufficiet. Et primus quidem ex his fuit poeta quidam, ipso Mabillonio judice, ignotus et rudis. Is, professione monachus, prælato suo, cujus nomen ab elemento O inchoatur, Opus suum hisce verbis inscripsit: Præceptori O particulariter prælato W monachus particularis et infimus, quod valet in muneribus etc. Itaque, cum prælatus ille, uti in Elencho abbatum Gislenianorum tom. 3 Gallie Christianæ auctæ a col. 93 videre est, alius non fuerit, quam vel Odwinus I, qui annis duodecim cœnobio præfuit annoque 1093 defunctus est, vel potius Oduinus II, seu Odoinus, qui anno 1120 Gislenianum sodalium in sui monasterii basilica instituit, ac pie, uti vixerat, anno 1142 obdormivit in Domino; consecrarium omnino fit, poetam illum seculo XII antiquiorem non esse, ac proin nec tantæ auctoritatis esse posse, ut ob solum ipsius testimonium S. Gislenus, quod hic in antecessum dicere liceat, Atheniensem cathedram aliquando tenuisse credatur. Hunc post annum 1154 et ante annum 1170 alius subsecutus est biographus, nimirum Philippus Harvengius, ab Eleemosyna dictus; et cœnobii Bonæ-Spei in Cameracensi diocesi abbas, vir pius et eruditus, qui Gislenianorum precibus, prout in suo Prologo innuit, exoratus, Sancti Confessoris laudes soluto stilo scribere aggressus est, iisdem illis, uti videtur, documentis usus, de quibus actum supra est. Non tamen, quod hic pariter prænotasse juverit, S. Gislenum Atheniensem archiepiscopum facere ausus, nec poetæ illius auctoritate motus fuit.

13 Tertius denique ex biographis superiori num. indicatis anonymus quidam poeta, seu potius

et XIV.

tius



A *tius poetaster est, qui, uti ex Gisléniani codicis Ms. characteribus laudatus D. Baudry existimavit, sub seculi quarti decimi initium scripsit, et S. Gisléni gesta ac miracula quædam singulari metro, seu ad singula hemistichia Leonino alterantim rhythmo complexus est. Ut, quanti valeat auctor ille, continuo pateat, satis erit infulsi Operis ejus exordium legisse. Sic habet:*

Supplex oro veni me Kyri sancte juvare,

Vitam Gisléni propono metrificare.

Gislénus natus fuit olim sanguine Græco

Atticus et de quo sum quid narrare paratus

Gislénus rectus primo census retrojecit,

Ut sit dilectus illi, qui singula fecit. etc.

Notandum autem de hoc scriptore est, eum, tametsi semel Gislénum vocet Antistitem Christi, non magis tamen, quam Harvengium, vel verbo uno de episcopatu ejus Atheniensi meminisse, dum nempe Sancti ex Græcia in Italiam iter enarrat. Ceterum, cum recensita jam nunc utriusque poetæ et Philippi Harvengii lucubrationes vix quidquam contineant, quod ab anonymo seculi decimi aut a Rainero in libro Miraculorum dictum non sit, visum est, ne unam quidem hic recudere, sed illa dumtaxat ex iis testimonia recitare, quæ dicendis disputandisve lucem aliquam afferre queant. De auctoribus, qui hocce vel superiori seculo de S. Gisléno scripserunt, nihil attinet hic disserere. Quapropter ad ea, quæ ad S. Gislénium propius spectant, transeo.

## § II. Sancti patria, literarum ac philosophiæ studia Athenis peracta, vita monastica sub Regula S. Basili, sacerdotium, peregrinatio ac commoratio Romana ejusque adjuncta discutuntur.

Sanctus Athenis natus, sed origine Francus aut Belgæ,

Tametsi Gisléni seu Ghysléni nomen Græcam originem neutiquam sapiat, ac potius ab una ex his vocibus Gisel, Gisle, Ghysel, Ghyselen, quæ apud priscos Francos Belgasque obsidem, testem ac vadem sonabant, deductum esse Latineque veste dein donatum videatur; nihilominus tamen in Attica Græciæ provincia Sanctum nostrum et natum et enutritum fuisse, antiqua tenuit tenetque hodie communis in Belgio fama non uno veterum scriptorum confirmata testimonio. Quid? Quod ipsemet Gislénus, uti supra laudati anonymus antiquior et Fulbertus scribunt, sese Athenis, quæ nobilissima Atticæ urbs erat, ortum ac Christi baptismo renatum, coram S. Auberto, Cameracensi episcopo, apertissime professus fuerit. Itaque, si hæc Gisléni verba anonymus antiquior ac Fulberti duo ex memoratis supra antiquis chartulis, ut mihi quidem videtur, re ipsa hauserit, oportet profecto, ut post suum in Belgicam adventum Sanctus noster Græcanicum nomen in Belgicum converterit, vel, si id minus arridet, necesse fit, ut loco quidem natali Atheniensis existerit, at paterna origine extraneus, a qua proin usitatam Græcis nomen sortitus sit. Et vero cum ante seculi sexti exitum a Francorum regibus plus semel in

Græciam missi sint legati, quemadmodum apud Gregorium Turonensem in Historia Francorum et in Præfatione Ruinartii num. 60 videre est, haud abhorret a vero, virum aliquem nobilem, gente Francum aut Belgam, legatos illos fuisse comitatum, qui dein Athenis ducta uxore sedem fixerit, natoque ex ea filio Gisléni seu Ghysléni nomen indiderit, quod paternam sapiebat originem. Ut hæc se habeant, nihil sane admodum obstat, quo minus hisce Sancti biographis, eum Athenis natum educatumque asserentibus, adjungatur fides.

15 In eadem quoque urbe literarum studiis Gislénium incubuisse, consentiunt laudati jam mox auctores ceterique omnes ejus biographi, hoc tamen capite inter se discrepantes, quod anonymus antiquior ac Rainerus, Athenas tunc quoque liberalium artium, philosophiæ atque eloquentiæ studiis mirifice floruisse, ac Sanctum illuc affatim, perfecte pleneque his imbutum fuisse, scribant; cum ex adverso Fulbertus, doctor clarissimus, omnia scholarum Atheniensium tam honorifica commendatione, eum ibidem studiis litteralibus propemodum exercitatum, dumtaxat referat. Atque eum quidem in re Fulberto potius, quam anonymo, Rainero ceterisque standum videtur, non solum, quia, quanto est Fulbertus in laudando parcius, tanto verior haberi potest, sed præsertim idcirco, quod jam ab ineunte seculo quinto philosophiæ studia humaniorque literatura Athenis concidissent, asserente id Synesio, Cyrenæo postea episcopo, in sua ad fratrem Epistola, quæ in editione Parisiensi anni 1605 centesima trigesima sexta est, ubi in hunc modum ex Turnebii versione ipse loquitur oculatus testis: Nihil habent nunc Athenæ præclarum, præterquam inclyta et celebria locorum nomina. Et post nonnulla eodem spectantia ita pergit; Olim quidem (Athenæ) erant urbs ac domicilium sapientum, nunc autem celebrant eas apiarii etc. Et, quamquam Anastasius, Græcorum imperator, uti Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 518, num. 17 memorat, Athenarum revocare academias studuerit, ac Proclus quidam Lycius Philosophiæ scholæ Athenis præfuerit, non tamen Athenienses scholæ aut eodem seculo sexto, aut sequenti, quo Gislénus eas frequentavit, ad insignem aliquam, nedum ad pristinam, amplitudinem ac gloriam evectæ fuerunt, uti ex Cedreno in Historiarum Compendio pag. 550 et ex Thomassino, qui Cedrenum laudat, parte 2 Veteris et Novæ Ecclesiæ Disciplinæ lib. 1, cap. 100, num. 4 satis eruitur.

16 Licet autem, ut jam modo dictum est, temporibus illis politioris literaturæ ac philosophiæ studia Athenis multum inclinata essent, ac forsitan vix non concidissent; non tamen censendus propterea est Fulbertus rem vero majorem retulisse, dum Gislénium Athenis litteralibus studiis propemodum fuisse exercitatum, seu magnum satis literaturæ politioris ac philosophiæ usum consecutum fuisse, scribit. Potuit enim Gislénus, et credi merito potest, innata sibi sagacitate et indefessa diligentia magistrorum vere insignium defectum utcumque saltem, imo et fructu non mediocri supplere assiduis, ut Rainerus tradit, Deum orando precibus, ut in se veniret (ejusdem Raineri verba sunt) Altissimi Spiritus, qui eum liberaret a cunctis erroribus, et faceret incedere per justitiæ gressus. Atque hinc quoque videri mirum non debet, Gislénium

AUCTOR  
J. G.

studiique liberalibus

E

F

imbutus,

non



аuctores  
J. G.

non sic secularibus studiis se irretiri passum fuisse, quin ad altiora et Christiano homine magis digna conscenderet, seque educandum traderet sacrae Scripturae magistris, prout anonymus antiquior, infra edendus, num. 2 affirmat.

dein vero  
Basilianus

17 Tam bonis igitur enutritus auspiciis, ad monasticam vitam totum animum Gislenus contulit, seque monachis, qui Regulae S. Basilii Magni addicti erant, socium adiunxit. Ita enim vetustior anonymus num. 3 de eo loquitur: His ergo auspiciis a puero in robur virile sublimatus dignum duxit, haud fore satis Deo gratum, si se spontanea cordis voluntate, seu pro mero suo arbitrio, ac nullius ductu, in Omnipotentis obsequio constringeret, aequius esse, subditorum institutis, non abs re persuasum sibi habens. Quapropter, uti idem auctor mox subdit, cœnobium intrans monachorum regulariter, S. Basilii formam servavit fortiter. Anonymo consentit Rainerus, dum de monasterio actaque illic a Gisleno vita in hunc modum scribit: Ubi secundum Regulam beati Basilii aliquanto tempore degens vigili ingenio explorabat, quæ erant optima, atque in canistro mentis recondens quæque dulcia, omnibus fratribus erat salutis norma, præbens cunctis dulcia colloquia ac totius bonitatis exempla, in fide videlicet firma, in charitate non ficta, in dilectione fraterna, in humilitate sibi semper hospita, in obedientia jucunda, in larga benevolentia, in jejuniarum ac vigiliarum instantia.

monachus,

18 His quoque consonat laudatus Bonæ-Spei abbas, de regulari claustrum, in quo Sanctus noster monachum induit, deque Basilianorum vivendi norma ita loquens: Illic quippe sancti Basilii Regula tenebatur, juxta cujus decretum a Sanctis, qui convenerant, videbatur, quorum majores tam formam, quam doctrinam studebant minoribus impertire, ut in via virtutis priorum justorum instrueretur exemplis; ac denique permovit exemplum sanctissimi Christi martyris Dionysii, qui olim, ut ipse quidem anonymus vult, Athenis egressus fuerat Romam negotio visendorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, qui jam martyrisati celos ascenderant. Ergo istius Dei testis animatum exemplo (verba rursus anonymi sunt) et abbas monasterii et omnium fratrum hortatu benigno egressus e loco (sui nempe monasterii) petiit Romam precum gratia. Ita ille; verum enimvero vehementer fallor, nisi anonymus adscriptum Gisleno imitandi S. Dionysii propositum eam opinione quadam præjudicata, de qua videsis supra pag. 718 et seqq., minime vero ex antiquissimis chartulis suis hausserit. Etenim, cum ne unus quidem probatæ fidei auctor, aut documentum ullum ante medium seculum octavum assignari queat, quo S. Dionysius Areopagita Athenis Romam migrasse asseratur; nequit profecto anonymus noster ex monumentis antiquissimis discere, quod S. Gisleno tribuit, imitandi S. Dionysii propositum.

\* lege esset

ac presbyter  
factus,

19 De Sancti nostri presbyteratu in Græcia suscepto, tametsi nihilo magis Fulbertus meminit, idem esto iudicium, quandoquidem anonymus antiquior ceterique omnes ejus biographi, illum ad ecclesiasticos Ordines promotum et sa-

cerdotii dignitate ornatum illic fuisse, diserte affirmant. Anonymum nostrum ita num. 4 loquentem audi: Justitia ergo nectare redimitus venerabilis Gislenus ad Ordines Ecclesiasticos est promotus. Sacerdos itaque factus etc. Audi et pro reliquis Philippum abbatem cap. 2: Processu temporis, cum nulli jam dubia ejus sanctitas haberetur, gradatim ad Ordines ecclesiasticos promovetur, et, post ministerium acolythi et subdiaconi, dignitate Levitica venustatur, et ad cumulum dignitatis, honore tandem sacerdotii sublimatur, nimirum priusquam, uti anonymus vetustior et Philippus abbas referunt, ex Græcia Romam proficisci statuisset. Ex his porro biographorum testimoniis simulque ex concilii Quinisexti canone quarto sat prope eruitur Gisleni ætas, qua, ut mox fusius dicitur, relicta Græcia, Romam primum, dein Belgium petiit. Quippe, cum synodus illa, prout apud Labbeum tom. 6 Conciliorum col. 1189 videre est, ex sanctorum divinarumque Patrum canone neminem, etsi sit homo admodum dignus, ante triginta annos ordinandum esse presbyterum, edicat; haud dubie Sanctus noster ex recepto tunc apud Græcos more non ante ætatis suæ annum trigesimum ad presbyteratum Ordinem evehctus fuit; ac proin, cum non prius profectus Romam sit, quam consecratus esset sacerdos, consecrarium sane fit, ut, si vel primo secundoque post susceptum presbyteratum anno e Græcia in Italiam profectus sit, trigesimum saltem primum secundumque ætatis suæ annum attigerit, cum ex Italia in Belgium venit.

20 Sed enim cujus rei gratia quove impulsu profectus e Græcia Romam sit, modo inquiremus. Si vetustiore anonymum audiamus, eum ad iter illud instituendum non modo impulit singularis, quo flagrabat, Dei ac Sanctorum amor, sed et ingens desiderium, ut in via virtutis priorum justorum instrueretur exemplis; ac denique permovit exemplum sanctissimi Christi martyris Dionysii, qui olim, ut ipse quidem anonymus vult, Athenis egressus fuerat Romam negotio visendorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, qui jam martyrisati celos ascenderant. Ergo istius Dei testis animatum exemplo (verba rursus anonymi sunt) et abbas monasterii et omnium fratrum hortatu benigno egressus e loco (sui nempe monasterii) petiit Romam precum gratia. Ita ille; verum enimvero vehementer fallor, nisi anonymus adscriptum Gisleno imitandi S. Dionysii propositum eam opinione quadam præjudicata, de qua videsis supra pag. 718 et seqq., minime vero ex antiquissimis chartulis suis hausserit. Etenim, cum ne unus quidem probatæ fidei auctor, aut documentum ullum ante medium seculum octavum assignari queat, quo S. Dionysius Areopagita Athenis Romam migrasse asseratur; nequit profecto anonymus noster ex monumentis antiquissimis discere, quod S. Gisleno tribuit, imitandi S. Dionysii propositum.

21 Absit tamen, ut propterea ipsamet Gisleni e Græcia ad Apostolorum limina projectionem, aliaque ab hoc diversa incitamenta, qua anonymus ille memoravit, rejicienda esse, contendam. Cum enim, uti apud citatum Thomassinum tom. 2, pag. 690 patescet, certe a seculo Christi sexto, quo, teste Ennodio in Libello apologetico pro synodo, col. mih. 987 Apostolorum monumenta ex omnibus orbis cardinibus devotos jam tum attrahebant, usque ad seculum saltem nonum, cujusvis generis ac conditionis ho-

petit angelico  
visione moni-  
tus,



A mines ob easdem similes causas frequentissime Romam profecti sint; nihil sane obest, quo minus anonymi nostri narratio, si adjectum unum, de quo superiori numero egi, excipias, ex documentis fide dignis vereque antiquis desumpta esse censeatur. Et ejusdem quoque sententiae fuisse videntur Fulbertus docto ac duo S. Gisle- ni biographi Rainerus et Philippus abbas, dum illaudatum quidem taciturneque praetermiserunt, quod anonymus Gislenu attribuit, imitandi S. Dionysii propositum, ipsam autem Sancti nostri peregrinationem Romanam ejusque causas enar- randas susceperunt. Sed num has inter reponi etiam potest caelestis aliqua visio, qua Sanctus noster Athenis excitus fuerit? Dubitandi de ea visione nonnihil loci dat vetustioris anonymi, Fulberti ac Philippi abbatis silentium; verum cum Homiliae, ante annum 939 pronuntiatae, auctor ex manifeste, quae sibi praeluserat, rela- tionis testimonio asseveret, Gislenu angelica solatum admonitione peregrinas aggressum esse terras, cumque et ipse Cameracensis Chronici auctor, vir certe, uti supra pag. 301 ostendi, accuratus et eruditus, Gislenu angelica visio- ne monitum, ab Athenis digressum fuisse, lib. 2, cap. 40, confidenter narret; nihil causae vi- deo, cur asserta ab hisce auctoribus angelica vi- sio pro indubie factitia haberi debeat, utul eam Rainerus, nescio, quo duce, nonnihil ultra veri speciem exornarit.

occultive  
Dei impe-  
rio;

22 Cautior tamen hac in re fuit Philippus abbas, dum loco visionis angelicae, quae sibi, haud dubie ob defectum scriptorum aequalium, historice certa non videbatur, occultum divini Numinis imperium, seu divinam inspirationem inter peregrinationis illius causas recensuit. Ejus idcirco verba, magna saltem ex parte, recitare visum est, quod apud nonnullos majorem, quam ceterorum biographorum narratio, tametsi certo falsa dici non possit, inventura sint fidem. Sic igitur ille: promotus autem (ut jam supra num. 19 de S. Gislenu dictum est) ad Ordines, ad majora quoque ardet virtutum fastigia promo- veri, et, quidquid ei obistere creditur, a se pe- nitus removeri; et, ut Sancto illi Abrahae (de quo vide dicta pag. 606 et seqq.) conformis ha- beatur, devoto desiderio ejus fidem, ejus obe- dientiam amplexatur.... Non instar instabi-

\*.removere

C lium, impetu animi repentino, non levitatis flatu, non suo ductus spiritu, sed divino, se- ponens claustrale, quo gaudebat, silentium,.... affectat vigilare et labore atteri peregrino. Ille enim occulto eum imperio perurgebat, qui de ipso et per ipsum operari maxima disponebat, qui accensum religionis lumen jam volebat sub medio non celari, sed impositum candelabro longe lateque pluribus propalari. Petita igitur benedictione a patre, qui monasterio praeside- bat, et a conventu sacro, qui Deo illic regu- lariter serviebat, illi quidem de futura tanti fratris absentia affectu tenero doluerunt, sed divinae dispositioni humana pertinacia resistere noluerunt. Tandem in osculo sancto eodem abbate et fratribus salutatis, propositum Gislenu aggreditur, astuans desiderio sanctitatis, et primo Romam devotione humili perrexit ire, volens sanctis Apostolis non tam muneribus, quam precum obsequiis deservire. Hactenus Philippus abbas.

ubi aliquan-  
tum mora-  
tus,

23 Nunc, quanto tempore Sanctus noster Ro- mae egerit, nec non quid ei divinitus ibidem ac- ciderit, ex biographis ejus inquiramus. Si ve- tustior anonymus pag. 790 Seculi 2 Benedictini

iterum audiatur, Gislenu Romae in Dei precibus ac Sanctorum locis diutissime immoratus est, ac tunc demum admonitus voce divina fuit, quo intra Gallias veniens pagum quaereret Hay- nau (nunc Comitatus Hannoniae vocatur) et in eo oratorium aedificaret; contra vero, si Ful- berto doctore praebemus aures, Gislenu non diu- tissime, uti citato supra loco loquitur, sed ali- quantulum temporis dumtaxat lustrandis ora- tionis causa Apostolorum oratoriis explevit, tuncque divinae jussionis voce admonitus fuit, ut Occiduos Galliarum fines peteret, atque inde in pagum Haynau penetraret, congruum illic suae habitationis locum quaesiturus. Ast utri narrationi, quantum ad Romanam commorationis spatium, habenda erit fides? Equidem, spectata solummodo anonymi nostri aetate, illius magis, quam Fulberti verbis standum foret; verum, cum non levis sit suspicandi ratio, in antiquio- ribus Mss. condicibus non tó diutissime, sed tó devotissime exaratum fuisse, ac librarii cujus- dam oscitantia postremam vocem in primam ei admodum affinem fuisse transmutatam; cumque insuper tota Gistenianae Vitae series diutissimam Gislenu in urbe Roma mansionem non patiat; Fulberti potius, quam descriptis ex citato Seculo Benedictino anonymi verbis adherendum esse mihi videtur, ac vel propterea etiam, quod ne- que Homiliae supra laudatae auctor, neque Rai- nerus, neque ceteri biographi, quibus tamen ano- nymi vetustioris lucubratio praevalet, Gislenu Romae diutissime versatum fuisse, uspiam indi- carint, id aliqui haud dubie facturi, si in an- tiquis codicibus tó diutissime, non autem tó de- votissime exaratum invenissent.

24 Ceterum in eo omnes consentiunt biogra- phi, qui quidem de monitione divina Gislenu Romae facta meminerunt, fuisse eam caelesti visio- ni seu revelationi divinae conjunctam, non vero mere internam exstitisse inspirationem, qualis passim divino munere hominibus piis concedi as- solet. Et vetustior quidem anonymus id non ob- scure significat, dum S. Gislenu etiam divina voce admonitum scribit, ut Deo ibidem (id est, in oratorio in pago Haynau) serviens vitae suae metam praestolaretur, mox haec subdens: Tali visione gestiens (sanctus Gislenu) aggre- ditur iter, Galliarum petens provinciarum, haud impar illi summo Patriarchae (S. Abrahae) cui dictum est, Veteri Scriptura testante: «Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in locum, quem monstravero tibi.» Consonat et Fulber- tus Doctor, dum illum testatur, non vigilantem, sed resolutum in somnum nocte quadam divinae jus- sionis voce admonitum, ut Occiduos Galliarum fines expeteret, pagumque Haynau penetrans con- gruum suae habitationis locum quaereret, ubi oratorio constructo vocationis suae tempus ex- pectaret. Denique Philippus abbas, etsi inter peregrinationis e Graecia in Italiam causas oc- cultum dumtaxat divini Numinis imperium re- censuerit, biographis tamen, caelestem visionem seu revelationem divinam itineri Gallico praeviam asserentibus satis aperte suffragatur, cum ita de S. Gislenu loquitur: Dum autem, quanta po- test, devotione sanctos Apostolos veneratur, dum ab eis veniam vitamque suam dirigi, hu- militer deprecatur, in secreto intelligentiae (id est, in ecstasi, ni fallor) revelationis divinae monitis edocetur, quod longe a Roma trans Alpes in Galliam graderetur, et in pago Hai- nonii... locum inhabitans, quem incolae nomi- nant

revelatione  
divina in  
Gallias mit-  
titur.

P



accross  
J. G.

nant Ursidongum, in eo domum orationis supra dictis Apostolis præpararet, ibique prædicationis verbo servos Dei ad vivendum regulariter congregaret. *Hactenus ille, in hac certe re non indignus fide.*

### § III. Recentiorum, qua S. Gislenu Atheniensis archiepiscopatus adscribitur, confutatur opinio.

Atheniensium archiepiscopum fuisse S. Gislenu.

**G**islenu, *monasticam prius vitam amplectum ac sacerdotio initiatum, e Græcia Romam, atque hinc in Belgium divino instinctu aliquando commesse, communi satis consensu biographi ejus affirmant, iisque, quantum ad facti hujus substantiam attinet, antiqua receptaque traditio patrociniatur, uti ex Ottonis imperatoris diplomate, anno 965 Cellensibus seu Gislensibus monachis concesso, abunde liquet. In eo quippe imperator ille (adisis tomum I Operum diplomaticorum Miræi pag. 505) hunc in modum loquitur: Cum inquireremus eos, qui ad nostrum pertinent imperium, locorum status, qui dicati sunt Deo Sanctisque ipsius, pervenit ad notitiam nostram quidam venerabilis locus, olim ab incolis URSIDONGUS, nunc CELLA vocatus: ad quem, sicut relatione fidelium nostrorum didicimus, de Athenis civitate Græcorum commevit sanctus confessor Christi Gislenu, sacerdos. At multum abest, ut de sacerdotii gradu, quo S. Gislenu tunc insignitus fuerit, una eademque sit Scriptorum veterum assertio ac recentiorum sententia. Alii nempe, quibus et momenta quædam seculo decimo posteriora favent, supremum sacerdotii gradum, seu episcopalem dignitatem, imo et nominatim Atheniensem sedem archiepiscopalem ei tribuunt; alii contra iique antiquiores, episcopalem ejus dignitatem cathedramque altissimo premunt silentio, vel si quando Antistitem vocent, ambiguo huic nomini, quod teste Cangio, non episcopis tantum, sed et abbatibus, prioribus ac parochis inditum olim fuit, nihil prorsus adjungunt, eo quo Gislenu episcopale potius, quam abbatis pedum gestasse, conficias. Ut controversiam hanc decidere eruditus lector per se ipse queat, præcipua, quæ, priori sententiæ patrociniatur, documenta testimoniaque in medium proferam, meas in hæc observationes mox subditurus.*

testantur  
quædam sc-  
culi XI.

**26** Qui S. Gislenu, priusquam Athenis Romam indeque in Gallias proficisceretur, episcopali dignitate insignitum et ad Cathedram Atheniensem erectum fuisse, propugnant. ii ad sententiæ suæ patrociniatum primo adsciscunt erectum anno circiter 1090, eoque ipso loco, quo de terra S. Gislenu corpus elevatum fuerat, sepulchralem tumulum, utpote qui Sanctum nostrum veste ac pallio archiepiscopali indutum ac mitra item et cruce ornatum exhibuit, quod et hi, qui anno 1590 sub Joanne Hazart, Gislensiani cœnobii abbate, adscripti tumulo illi fuerunt, partim saltem testantur versus:

Præsul Athenarum tumulo requievit in isto  
Gislenu, veteri traditione patrum;  
Quingentis structum certo quem constat ab  
annis

In laudem Sancti perpetuumque decus.

Sed, dum squalleret tumuli locus, abbas Joannes

Hazart eximius condecoravit eum.

*Monumento huic addunt poetæ cujusdam seculi XI et a nobis num. 12 memorati testimonium, hisce videlicet, utut tornatis sat male versibus conceptum:*

Argolici summo defuncti nempe patrono,  
Hinc spirante Deo plebs alma probabile voto  
Consultum peragit, Gislenu dogmata poscit  
Præsul ut ecclesiæ statuat sublimia quæque.  
Abnegat et refugit: demum sub pondere sistit,  
Suscipit effectum etc.

**27** Ad ejus causæ defensionem etiam faciunt bina e quibusdam authenticis anni 1174 chartis appensa sigilla, quibus hæc jam nunc sequens inscriptio S. Gislenu archiepiscopus compositissimis clarissimisque litteris exarata existat, prout in apographo quodam Annalium Mss. cœnobii Gislensiani, ad paucas horas mihi commodato, memoriæ proditum inveni. Patrociniatur quoque Calendarium quoddam seculi XIV, aliudque Missali cuiusdam anni 1464 præfixum, quorum in citatis Annalibus Mss. mentio fit, nec non Brevariium Cameracense anno 1497 atque ejusdem diœcesis Missale anno 1527 typis excusa, quibus nimirum omnibus S. Gislenu, veluti episcopus, refertur, atque, ut talis, officio confessoris Pontificis colendus præscribitur. Consentiant Bruzelliensis codicis Usuardini scriptor, qui sub finem seculi XIV vel initium XV vixisse videtur, Molanus in Additionibus ad Usuardum, nec non Romani Martyrologii hodierni auctores, quorum huc spectantia verba recitasse juverit. Et primus quidem ex Martyrologis hisce ita habet: In comitatu Hannoniensi, depositio sancti Gislenu archiepiscopi et confessoris. Qui ab Athenis veniens in Hannonia monasterium Cellense construxit: Molanus autem ita refert: In pago Hainau..... natale sancti Gislenu episcopi, confessoris, miræ sanctitatis viri, qui Atheniensium episcopus fuit, et pro Christo ipsum apicem terreni honoris relinquens pauper fieri voluit etc.; Hodierni denique Martyrologii Romani annuntiatio sic sonat: In Hannonia sancti Gislenu episcopi et Confessoris, qui, relicto episcopatu, monachi vitam in monasterio a se constructo exercens multis virtutibus claruit.

recentiorum  
que Seculo-  
rum monu-  
menta, idque

**28** Denique, ut alii mittantur Scriptores neoterici, sententiæ huic mirifice suffragatur Philippus Brasseur in libello, cui hunc titulum fecit: *Ursa S. Gislenu archiepiscopi Atheniensis et exinde abbatis in Cella Apostolorum, pag. 13, ac rursus in alio libello, quem Aquilam S. Gislenu ad Ursidongum præviam inscripsit, ubi pag. 14 ita de Sancto nostro canit:*

neoterici non  
nulli adstru-  
unt.

Presbyter angelicam ducit sine crimine vitam.  
Quolibet ipse die sacra munera libat ad aras,  
Atque homines inter medius, mediusque Tonan-  
tem,  
Vulneribus vinum, sanctumque infundit oli-  
vum.  
His ita dum mediis hominum sibi captat amo-  
rem,  
Conciliatque Deum, patriæ sit episcopus ur-  
bis

A clero electus, tandemque sacratur Athenis  
Unanimi plebis voto clerique favore.  
Sic plerique tenent, quamvis Raynerus id  
ipsum  
Supprimat, et monachum tantummodo scribat  
ubique.

Interea



AUCTOR  
J. G.

A Interea res nota satis jam temporis usu, Cognita picturis, firmataque teste Barone : Scribit enim monachi vitam duxisse, relicto Sedis episcopio, quid clarius? inuuit ipsum Pontificem, a multis versu conscripta Legendam, Bullarumque liber, claustrique subinde sigillum Pervetus, et veterum concors sententia patrum.

Ut res sese habeat, teneo, scriboque deinceps Archiepiscopi titulum gessisse. *Huc usque laudatus auctor.*

illis nisi, sed non sat antiquis :

29 Verumenimvero notandum sedulo hac in re est, ne unum quidem ex jam adductis monumentis testimoniisque esse, quod minus, quam quatuor seculis a temporibus S. Gisleni remotum sit. Ac proin, quandoquidem monumenta illa testimoniaque nihil ab ætate habent, quo rei asserte fidem faciant ; profecto episcopalem S. Gisleni dignitatem, utpote hisce dumtaxat nizam, quisquis criticæ artis vel prima elementa norit, non poterit non vocare in dubium. Neque vero, contra ac laudatus Brasseur adstruit, veterum concors sententia patrum vel antiqua satis recepta traditio veterum instrumentorum defectum supplere, sicque adscriptam S. Gisleno episcopalem dignitatem stabilire utcumque potest. Nam primo quidem, sententiam illam ipsamque traditionis originem seculo undecimo antiquiorem esse, evinci prorsus nequit. Adhæc tantum abest, ut vel eodem illo seculo, vel binis saltem post seculis recepta passim ab omnibus fuerit hæc traditio, nedum concors de episcopali Gisleni dignitate antiquorum sententia vigerit ; ut contra Philippus, Bonæ-Spei abbas, et Poeta anonymus num. 13 laudatus, quorum alter post medium seculum duodecesimum, alter sub decimi quarti initium Gisleni Vitam conscripsit, traditionem illam sententiamque, si superis placet, concordem, aperte repudiarint, aut certe omnino neglexerint, prout § 1, num. 12 et seq. in antecessum observatum fuit.

oppositum e seculi x

B 30 Sed enim, quo manifestius liqueat, sententiam illam nec adeo antiquam, quam quidem inuuit laudatus Brasseur, sed nec passim, nedum ab omnibus, receptam fuisse, nonnulla vetustiorum testimonia audiamus. Antiquior anonymus noster, qui sub seculi decimi initium, ut supra docuimus, suam de Sancto nostro lucubrationem adornavit, referens capite 4 modum, quo S. Gislenus e Græcia Romam profectus est, eum, jam sacerdotem factum, ... abbatem monasterii, in quo nempe, ut cap. 3 loquitur, sese majorum institutis subdiderat, et omnium fratrum (monachorum scilicet Basilianorum) hortatu benigno egressum inde Romam esse scribit ; quæ Philippus abbas multo clarius accuratiusque expositorus, verbis hisce, supra quidem transcriptis, ast hic nihilominus repetendis, enarrat : Petita igitur benedictione a patre, qui monasterio præsidebat, et a conventu sancto, qui Deo illic regulariter serviebat, illi quidem de futura tanti fratris (Gisleni) absentia affectu tenero doluerunt, sed divinæ dispositioni humana pertinacia resistere noluerunt. Tandem, in osculo sancto eodem abbate et fratribus salutatis, propositum Gislenus aggreditur æstans desiderio sanctitatis, et primo Romam devotione humili perrexit ire. Non ergo scriptores isti S. Gislenum, priusquam e Græcia Romam commearet, archiepiscopum Atheniensem, sed monachum sacerdotem, et abbatem sui conventusque monastici potestati subjectum,

crediderunt ; atque adeo neque ineunte seculo decimo, ac ne quidem medio seculo duodecimo recepta ab omnibus fuit opinio illa, quæ Sanctum nostrum Atheniensem Antistitem facit, quæque proin omnino perperam a Philippo Brasseur veterum concors sententia patrum vocata fuit.

31 Ne porro ea de re cuiquam superesse dubium possit, en alia seculi decimi et quatuor subsequentium documenta, ex quibus, S. Gislenum pro episcopo tunc passim habitum non fuisse, actutum colligas. Hucbaldus monachus, qui sub annum 907 S. Aldegundis Vitam, tom. 2 Januarii a pag. 1040 editam, concinnavit, ac disertam de SS. Gisleno et Auberto mentionem cap. 2 facit, postremum hunc Sanctum diserte vocat Pontificem Atrebatensis et Cameracensis ecclesiæ, Gislenum vero non alio, quam venerabilis viri titulo donat. Quid ita, obsecro, nisi quod Gislenum sacerdotali dumtaxat seu inferioris ordinis presbyteratu, Aubertum vero episcopali seu supremi ordinis sacerdotio insignitum fuisse, compertum haberet? Accedit Homiliæ, in laudem Sancti nostri ante annum 939 compositæ, ipsoque festivitatis ejus die in sacra ejusdem æde pronunciata, auctor, qui, tametsi in Patroni sui laudes pro viribus ecurrat, et quibuscumque titulis honorificis eum afficiat, (modo enim famulum Christi, modo virum sanctum, modo venerabilem eremitam et Deo dignum sacerdotem eum vocat) nusquam tamen eum aut episcopi aut pontificis honore vel nomine afficit, id ceteroqui indubie facturum, si Sanctum suum, æque ac SS. Audoenym, Egilium, Arnulphum, Amandum et Aubertum, quos episcopos pontificesve compellare non negligit, ad cathedram episcopalem evectum aliquando fuisse, memoriæ proditum invenisset. Adhæc, si anno saltem 965 creditus fuisset S. Gislenus Atheniensem cathedram aliquando occupasse, non eum Otto imperator in cit. diplomate ex fidelium relatione tantummodo Confessorem Christi, sacerdotem et monachum, sed episcopum diserte vocasset, aut saltem peracti aliquando ab eo episcopalis muneris fecisset mentionem.

et quatuor

E

32 A seculi decimi ad undecimi, quo Fulbertus Doctor, Rainerus et Chronici Cameracensis auctor vixerunt, testimonia jam progredior. Et horum quidem primus, dum de S. Gisleni cum S. Auberto colloquio deque postulata ab illo perficiendæ cellæ potestate agit, rem gestam ita enarrat, ut Gislenum dignitate et sacerdotali ordine inferiorem Auberto fuisse, dubitare nequeas. Rainerus vero, præterquam quod in Vita S. Gisleni altissimum de episcopali dignitate, quam Sanctus aliquando adeptus fuisset, silentium servet, nonnulla suppeditat, ex quibus eum sacerdotio dumtaxat inferioris ordinis insignitum fuisse, perspicias. Quippe, ubi narrationem infra rejiciendam de Beato Viro ursam insequente instituit, meminit solum de sacris vestibus, unde (S. Gislenus) solitus erat Missas celebrare ; ac paulo post eum coram B. Auberto ita loquentem inducit : Natione sum Græcus, dignitate Christianus, religione vero monachus atque sacerdotum minimus ; et rursus, dum piscem e fluvio prosiluisse seque nil tale expectantibus SS. Amando et Gisleno in escam obtulisse, narrat, episcopalem dignitatem S. Amando, sacerdotalem tantum S. Gisleno adscribit. Verba audi : Qua de causa inter sanctos viros pia oritur contentio, quia beatus Gislenus hoc Dei donum dabat meritis beati

subsequentium

F



auctore  
J. G.

beati Amandi; sanctus vero Episcopus nihilominus pii SACERDOTIS Gisleni precibus etc. Denique *Cameracensis Chronici auctor*, dum lib. 2 cap. 40 de S. Gisleno sermonem instituit, nihil prorsus subministrat, ex quo tunc temporis exortam fuisse memoratam de S. Gisleni episcopatu opinionem, eruere utcumque possis.

seculorum

33 Inter scriptores seculi duodecimi, qui de S. Gisleno meminisse noscuntur, solus est Poeta rudis num. 12 citatus, qui Sanctum nostrum Atheniensis ecclesie præsulem crediderit, dum ex adverso Philippus ab Eleemosyna, Bonæ-Spei abbas, uti num. 12 præmonuit, ex antiquiorum sententia sacerdotem dumtaxat et monachum facit. Et huic quidem postremo auctori consonat laudatum in prædictis Annalibus Gislenianis Mss. instrumentum visitationis corporis S. Gisleni, anno 1180 factæ, in quo non episcopi, sed sacerdotis dignitas eidem adscribitur. Verba instrumenti hujus ita sonant: Translatum est in scriniis hujus conclavis corpus S. Gisleni sacerdotis. Hisce adstipulantur Officii ecclesiastici de S. Gisleno, non serius, quam duodecimo seculo conscripti, Fragmenta, in laudatis Annalibus Mss. memorata, nec non Calendaria aliquot seculo quarto decimo antiquiora, quibus Sanctus noster, non veluti episcopus, sed, ut merus confessor, referri solet. Præterea, quæ seculo XIII, anno videlicet 1260, sub Nicolao II. Cameraci habita fuit synodus, teste eorundem Annalium auctore ita ad rem nostram habet: Volumus, quod festum B. Gisleni confessoris sua die propria celebretur. Ecce, quæso, confessorem pontificem non vocasset synodus illa, si Sanctum nostrum pro episcopo agnovisset? Postremo, uti ex citato Annalium Gislenianorum apographo didici, eastant hodieque in Gisleniana abbatis mille circiter authenticæ syngraphæ, quibus sese pii homines ab anno 970 usque ad seculi decimi quinti exitum S. Gisleni famulatu addixerunt, in quibus tamen nusquam episcopi, sed confessoris dumtaxat appareret titulus; quarum formulam unam pro omnibus habe: Accessi ad altare sancti Gisleni confessoris; trado me cum posteritate mea beato confessori Gisleno.

documentis

34 Cum itaque, uti ex jam dictis liquet, opinio illa, quæ S. Gislenum episcopum, imo et Atheniensem metropolitam, facit, nec satis antiqua, nec seculo decimo ac quatuor subsequentibus ab omnibus recepta, imo contra a plerisque iisque antiquioribus ac melioris notæ biographis neglecta fuerit atque contempta; via dubitem, quin eruditus quilibet in oppositam iturus ultro sit sententiam, eam scilicet, quæ Sanctum nostrum, cum e Græcia Romam, petita abbatis sui facultate ac benedictione, proficisceretur, inferioris tantummodo ordinis presbyterum ac monachum existisse, ac vel propterea jure meritissimo in Atheniensium episcoporum Catalogo, quem videsis tom. 2 Orientis Christiani col. 171, prætermisum fuisse, affirmat. At, inquires, si hæc ita se re vera habeant, qui fieri sine mendacio aut dolo malo potuit, ut Gisleniani eum archiepiscopali habitu indutum in sepulchrali tumulo repræsentari sub annum 1090 curarint, ac recitatam num. 26 inscriptionem deinde admiserint adhiberintque? Ad quæ pro responso sit, nihil prorsus causæ esse, cur ea in re Gislenianorum bona fides habetur suspecta, quandoquidem ex hujusmodi dolo malo mendaciorie nihil omnino commodi aut emolumenti, ac contra detrimenti ac scandali plurimum timendum ipsis fuisset. Arbitror proinde,

Gislenianos seculi XI religiosos, cum S. Gislenum plus semel ab anonymo antiquiore Dei Antistitem vocatum fuisse nosset, deceptos ambigua Antistitis voce, nec satis expensa narratione anonymi, imo nec animadvertens, qua scriptor ille locis iis utitur, prolepsi, sanctum suum Patronum credidisse episcopum, idque præpostere quidem ac sine fundamento satis solido, sed tamen innocue et fide perquam optima; quo factum est, ut cum illum nec Romæ, nec in Belgio ad episcopalem apicem evectum fuisse, scirent, Atheniensem propterea archiepiscopatum ei tribuendum esse, judicarent, eumque idcirco tum in sepulchrali tumulo, tum postea in conobii sui sigillo, picturis, statusque archiepiscopali ornatu exhibendum curarint.

35 Adhæc, cum presbyteris, qui nusquam consecrati fuissent episcopi, attamen episcopalia quædam munia, puta prædicationem evangelicam, presbyterorum institutionem, atque id genus obviissent, nonnumquam, ac præsertim in Belgio, episcopi nomen inditum olim fuerit, prout Mabillonius partim Seculo Benedictino tertio, parte 1, in Præfationemum. 33 et 37, ac parte 2 pag. 409 in Vitam S. Willehadi, Bremensis episcopi, observat, et partim Cangius in Lexico, verbo episcopi, ex eo docet; haud alienum a vero est, a nonnullis anno 1090 antiquioribus S. Gisleno, non secus ac S. Willehado, qui septem annis in eadem presbyter demoratus fuerat parochia, pari de causa episcopi nomen tributum fuisse, indeque ortum esse, ut Gisleniani auctoritate hujus nominis ad divini verbi prædicatores traducti usurpationem non satis compertam habentes, abbatæ suæ conditionem stricti nominis episcopum fecerint, ac nominatim quidem Atheniensem sedem metropolitana, cum aliam, quam ei adscriberent, non invenirent, ei tribuendam censuerint. Qua in re hallucinati quidem ipsi fuerunt, ast plane innocue: ut proin non minus ipsi, quam citati num. 27 Martyrologi ac Breviarii et Missalis Cameracensis auctores, alique, qui eorum auctoritate et exemplo moti episcopalem dignitatem ei tribuerunt, omni fraudis suspitione jure merito exsolvendi sint.

§ IV. S. Gisleni in Belgium iter, ac gesta usque ad Cellensis ecclesiæ consecrationem, a SS. Autberto et Amando peractam, et pium ejus obitum.

Ostensum satis superque superiori paragrapho est, Gislenum Atheniensem cathedram, priusquam e Græcia discederet, numquam occupasse; ex quo, cum neque Romæ in sua illic commoratione, neque in Francia aut alia in regione, ad episcopalem dignitatem evectus esse legatur, consecrarium omnino fit, ut, dum divine, quem admodum § 3 dictum est, jussionis voce celestique instinctu Roma in Belgium adventit, inferioris ordinis dumtaxat sacerdos existit. Nunc itineris ejus seriem variatæ adentus ejus in Hannoniæ adjuncta discutiamus. Ex biographis ejus antiquiorem anonymum primo loquentem sisto: Tali itaque visione (de qua vide dicta num. 24) gestiens aggreditur iter, .... Galliam vero



A vero Francia penetrans cum duobus discipulis Lamberto et Bellirio, Istratis passim urbibus et regionibus pervenit tandem aliquando eximius pater Gislenuus pagum Haynau : cujus quoque vicis cenobiiisque ex asse conspectis, audivit fama diffusa de B. præsule Amando multa et stupenda dicere. Proficiscens namque ad eum, simul colloquio se salutantes, denique de his, quæ Dei sunt, loquentes, venerabilis præses venerandum sinit abire Gislenuum. Sic enim pervenit Dei antistes Gislenuus ad locum, qui Castrilocus dicitur : ubi siquidem locum esse æstimans, qui sibi divinitus fuerat dictus, cœpit totis viribus spinas ac tribulos et noxia quæque radicibus extirpare, cupiens sibi cellulam construere, qua Deo ancillari posset.

Belgium  
cum sociis  
ingressus,

37 Quod de Lamberto et Bellerio, S. Gislenuus Roma in Belgium comitatus, anonymus ait, Rainerus et Philippus Bonæ Spei abbas quoque affirmant. Romæne primum, an in Græcia eos sibi Gislenuus adiunxerit, plane intactum reliquit anonymus : Rainerus autem, etsi haud omnino perspicue loquatur, sic tamen scribit,

B ut S. Gislenuus et patria Romam abeuntem pariter fuisse secutos, censuisse videatur. Primum enim de S. Gislenuo et patria Romam abeunte sic scribit : sicque sacerdotali, ut decebat, apparatu comitatus et de sui suorumque (comitum nempe) salute gratiæ Dei confusus susceptum nutu Dei iter attentavit. Dein vero de Gislenuo in Belgium profectio hæc subdit : et ex comitum (quorum paulo ante transcriptis verbis, ut apparet, mentionem fecerat) turba tantum Lambertum et Bellirium secum retinens.... Galliarum divertit confinia. Verum ea res, utpote unius Raineri, a S. Gislenuo ætate nimium remoti, auctoritate subnixa, incerta apparet. Ut autem in Hannoniam S. Gislenuus venit, ut quidem anonymus verbis supra citatis tradit, illius provincie non vicis modo, sed etiam cenobia prius accurate studioseque lustravit, quam ad S. Amandum accederet ; in Hannonia quidem tum temporis certe non nulla erant monasteria : lustravit adeo verosimiliter etiam, quæ in vicinis Hannoniæ provinciis exstabant ; si tamen prius Hannoniam vidit, quam S. Amandum : Philippus equidem abbas Bonæ Spei ita S. Gislenuo in Belgium iter describit, ut prius S. Amandum adisse videatur, quam in Hannoniam perveniret. Verba ejus hæc sunt : Apostolorum (Petri et Pauli) itaque patrocinio se commendans.... et assumens duos secum socios, Lambertum et Belliricum, quos præcipue diligebat, relicta Roma, iter longum et asperum est aggressus, multoque labore et tempore jam expenso, Apennini juga et Alpium est transgressus, et, transvadatis Rhodano et Danubio, planiorem Galliam introivit, et ea non contentus usque Haynonium pertransiit. Tum vero post enarratum utriusque Sancti colloquium, ita pergit : Quo expleto jam hilaris, quia viro sancto est locutus, Gislenuus ceptum iter devotiore spiritu profectus, ad quemdam locum venit, qui vulgo mons Castrilocus dicebatur.

visitato Tra-  
jecti

38 Id porro colloquium Trajecti ad Mosam habitum fuit : cum enim, relicta Roma, ut Bonæ Spei abbas ait, Danubium S. Gislenuus superavit ; a Danubio ad Rhenum, inde vero Trajectum ad Mosam iter suum instituerit, ibique cum S. Amando, loci episcopo, sua contulerit consilia : quod etiam confirmatur ex eo, quod idem abbas, narratis aliquot, quæ haud ita multum temporis Octobris Tomus IV.

requirunt, S. Gislenuus gestis, Amandum Trajecto, ubi per triennium sederat, ad S. Gislenuum se contulisse, indeque Elbonem adisse affirmet. Per id vero temporis, inquit cap. 7, beatus Amandus Trajecto rediens, ubi coactus fuerat per triennium episcopus demorari, audivit Gislenuum et locum ejus religionis titulo commendari, et momente eum charitate ad eum visitandi gratia declinavit. Notior porro erat S. Amandi sanctitas, gestorumque fama, quam ut vel adventantem in ejus diocesim S. Gislenuum latere potuerit ; quapropter Philippi abbatis narratio, ut simplicior, ita et verosimilior apparet. Quod si Philippus abbas non Rheni, sed Rhodani mentionem facit, id non Philippo, sed librariis verosimillime tribuendum est : non enim Roma Belgium transmissio Danubio petentibus, ut mappas Geographicas consulenti patebit, Rhodanus transeundus occurrit. Rhodano itaque Rhenus substituendus videtur : hunc autem priori loco Philippus memorat, non quod illum prius, quam Danubium S. Gislenuus superavit, sed quod loco, quo scribebat, propinquior esset.

AUCTOR  
J. B.

39 A tempore, quo S. Amandus Trajectensem sedem occupavit, S. Gislenuo in Belgium adventus epocha dependet. Scripsit S. Amandi Vitam Baudemundus, ejus discipulus, qui per triennium Trajectensibus eum præfuisse (vide tom. 1, Februarii pag. 552) disertè testatur. Præterea ex litteris Martini i Papæ (rursus vide tom. cit. pag. 866 et seq.) quas anno 649 mense Octobri ad S. Amandum dedit, hunc ab eodem Pontifice deserendæ Trajectensis cathedræ facultatem, licet frustra, petisse, manifestum est : triennium autem, quo is Trajectensem sedem tenuit, ab anno 647 usque ad annum 650 producit Henschenius ; at Cointius anno 649 Trajectensibus infulis Amandum admotum scribit, paulo, ut apparet, quam par sit, serius. Cum enim S. Joannes Agnus, Amandi in episcopatu decessor, anno 649 ex Cointii sententia obierit, et quidem ad mensis Julii diem xxv (ad quem Acta nostra consule) profecto, eodemque anno exeunte (ut vult Pagius) vel certe ineunte sequenti Martini Papæ responsum S. Amandus acceperit, necesse est, ut vix Trajectensem sedem adierit, quin continuo, quod tamen minus verosimile apparet, ab eadem recedendi facultatem postularit. Unde verosimilius ante annum 650. S. Gislenuus in Belgium venit, imo et biennio circiter citius : Amando enim a Trajectensi sede redeunte, S. Gislenuus, ut Rainerus scribit, religiosum cœtum jam inde collectum habebat, temploque Apostolorum Petri et Pauli perficiendo insudabat ; ad qua peragenda biennii spatium ab ignoto in iis regionibus hospite ac omni rerum copia destituto requiri facile potuit. Neque refert, S. Gislenuo ad Belgas accessum ab anonymo, ceterisque ejus biographis illigari Dagoberti I temporibus : Dagobertum enim obiisse jam inde ab anno 638, modo apud eruditos plerosque in confesso est, ut frustra sim, si, quæ jam sæpius ea de re disputata sunt, repetere velim.

E  
sub annum  
648 S. Aman-  
do ;

40 Ceterum S. Gislenuus, ab Amando digressus, primum Castrilocus, ceptum iter animosius prosecutus est, et Castrilocus (nunc Montes Hannoniæ) pervenit, eoque loco, quem a Deo sibi credebatur destinatum, tribulos spinasque cœpit evellere, donec prodigio quodam, de quo mox, aliud edoctus, relicto Castriloco, Ursidongum (nunc Gislenuopolim) una cum sociis properavit. Ita anonymus, Rainerus, et Philippus Bonæ Spei abbas unanimes voce lo-



AUCTOR  
J. B.

quantur : Cointius tamen S. Gislenum, a S. Amando profectum, recta Ursidongum contendisse scribit, ratus, ut opinor, non alia de causa hanc S. Gisleni apud Castrilocom moram fuisse conficiam, quam ut fabulosæ Cellensis monasterii origini via sterneretur; quod quamquam ita factum esse poterit, quia tamen multis de causis, licet haud exploratis, Castrilocom Ursidongo permutare S. Gislenus potuit, erroris equidem hic Bonæ Spei abbatem cum Cointio arguere non ausim. Asseruisse id Philippum ex his Balderici in Chronico Cameracensi verbis : Monasterium (Sanctus noster) auctoritate S. Aulberti, sed et sancta Waldetrude, cui tunc temporis familiari dilectione inhæserat, opitulante, fundavit, Cointius suspicatus est; verum id ego Philippum ex anonymo S. Gisleni biographo potius mutuasce censuerim. Absit tamen, ut Vinchantio in Annalibus Hannoniæ pag. 81, octo illic annos S. Gislenum mortuum fuisse, scribenti assentiar; cum circa annum 650 S. Gislenus Amandus, ut supra dictum est, incisit Ursidongi.

dein Ursidongum

41 Neque S. Gisleni biographis Fulbertus in Vita S. Aulberti adversatur; nam licet illic S. Gisleni in Hannoniam adventum describat, deque Castriloco ne verbum quidem ullum faciat, mirum tamen videri id nemini debet, quippe qui et alia silentio presserit, et de S. Gisleno obiter solum, de S. Aulberto autem ibidem ex instituto tractarit. Verba Fulberti, huc potissimum facientia, hæc sunt. Sed jussionem Domini explere desiderans vir Dei Gislenus, sic enim erat nomen illi, regionibus diversis, insulis et urbibus peragratis, prospero cursu tandem pervenit ad locum, qui tunc temporis Ursidungum ab incolis dicebatur, ex consuetudine videlicet urse parturientis, nunc vero Cella vocatur.... At ille, noxiis avulsis arboribus, basilicam in honore beatorum Apostolorum cepit edificare, studiisque bonorum excitare.

adii.

42 Hæc unde et ex vero a Fulberto relata, mirum est, quam speciosis fabulis, bona tamen, ut arbitror, fide et vulgari hominum traditione seducti, S. Gisleni biographi dudum post hujus obitum exornarint; quisquis, etsi criticus minime fuerit, quæ de aquila ursaque num. 4 et seq. memorantur, legerit, nullus dubito, quin ea pro fabulis sit habiturus, prudenterque abs Fulberto omnia pronuntiaturus. Fabulis quoque memorata isthic Dagoberti venatio procul dubio adnumeranda est; quippe qui jam inde ab anno regni sui xi, ut in ejus gestis scriptor anonymus apud Chesnium tom. 1. Scriptorum Galliæ pag. 582 scribit, Sigibertum filium Austrasiæ regem constituerit, ac anno xvi regni sui, Christi 638, ut supra monui, vivere desierit. Cointio præterea non arridet, quod Dagobertus a Philippo abbate Bonæ Spei (quod et ceteri S. Gisleni biographi faciunt) ea tempestate in Brabantia versatus dicitur: Illa etate, inquit, pars hodiernæ Hannoniæ, ubi Gislenopolis sita est, Brabantio non attribuebatur. Sed esto, eam Hannoniæ partem, in qua Gislenopolis sita est, ea tempestate Brabantio, quod S. Gisleni biographi non asserunt, adnumeratam non fuisse: Haina equidem fluvius (la Haine) ad quem Gislenopolis sita est, veteris Brabantii et Hannoniæ limes erat, teste S. Gisleni Encomiaste anonymo, de Ursidongo, nunc Gislenopoli, ita scribente: Locum deserti, vocabulo antiquo Ursidongus vocatum, in extremis finibus Hainensis pagi super fluvium, qui Haina dicitur, situm (S. Gislenus) adii; et in divisione

regni Lotharii comitatibus veteri Brabantio vicinis adnumeratur Hanoiis. Quid ni igitur rec, sive is Dagobertus, sive Sigibertus fuisse fingatur, ex extremis veteris Brabantii finibus in contiguam Hannoniæ partem fugientem belluam, si id revera accidisse fingere tantisper lubeat, una cum suis venatoribus insequi potuit? verum de his satis.

43 Ut Ursidongum S. Gislenus venit, dumosum locum, excisis arboribus, condendo cœnobio temploque pro viribus adaptare cepit, ac simul virtutum splendore Hannoniam illustrare; quo brevi factum est, ut non solum visitaretur (verba Raineri sunt) a pluribus, qui ejus sacris instituti moribus Dominum magnificabant in operibus suis, verum etiam, perlata ad S. Aulbertum ejus fama, Cameracum evocaretur, vitæ suæ rationem suo redditurus episcopo. Malecolorum id quorundam, quod antiquior anonymus S. Gisleni biographus ejus virtutibus tribuit, Fulbertus adscribit invidia. Disseminata ergo diabolo, (inquit hic) zelum invidia per corda malorum, auditum est aliquos, ut est mos adulantium, sancto episcopo suasisse, non debuisse pseudodotorem in finibus suis ad invidiam sui honoris manere, sane qui ad seducendas mentes simplicium urbana sapientium conventicula vitans, in has solitudines devenisset. Contigisse utrumque potuit; quoniam virtuti comes solet esse invidia. Sed vicil apud Aulbertum virtus: Intuitus autem almus episcopus, inquit anonymus, viri justis sermones, nihilque in eis reprehensionis deprehendens dilexit eum (his ipsis verbis Fulbertus in Vita S. Aulberti utitur, unde huic anonymum præluisse eruitur) ac benedictum dimisit abire, rogans, quod cœperat, Dei opus perageret, atque peractum cum audiret, se sponddit benedicturum.

redditaque S. Aulberto vitæ suæ ratione,

44 Placuit itaque Aulberto, quam una cum suis Gislenus tenuit, vitæ ratio; at qualis ea fuerit, incertum est. Mabillonius Benedictino instituto usum tradit, Basiliano Cointius: haud ignota quidem tum temporis in Galliis erat S. Basilii, cui se hactenus S. Gislenus devoerat, regula, verum SS. Benedicti et Columbani regule, quas a S. Amando accipere Gislenus potuit, multo hac usitatores. Est tamen, quod Cointii sententiæ nonnihil favere videatur: si enim Benedictinum institutum S. Gislenus sectabatur, qua veri specie vel umbra saltem tamquam Pseudodotore (vide relata num. superiore Fulberti verba) apud S. Aulbertum traduci potuit, si recepto ceterorum in Belgio monachorum more vivebat? Scio quidem puram putamque hanc fuisse calumniam, sed plerumque aliqua saltem veri specie, veluti larva, ne se prodat, munire sese et tegere calunniam solet: verum initio fortassis S. Gislenus more priseco vixerit, quem deinde in receptum apud monachos Belgas vitæ genus SS. Aulberti et Amandi hortatu consilioque mutavit: certe abbas Bonæ Spei receptum aliquod apud Belgas institutum amplectum fuisse indicare videtur, cum ait: in qua (Cella) districte monachorum regule se addixit.

que qualis fuerit, haud satis constat,

45 Quid si nullum ad amissim secutus fuerit, sed partim ex S. Basilii, partim e S. Columbani, partim denique e S. Benedicti aliisque institutis capita aliquot sibi selegerit, ut nempe neque ab antiquo vivendi more plane discederet, neque a ceterorum sua etate in Galliis monachorum moribus nimium dissideret? Hoc enim vero a S. Filiberto, variorum monasteriorum conditore et

Cameraco reduz.



A S. Gisleno æquali, factum omnino apparet, de quo hanc in rem suppar ejus biographus apud Mabillonium Sec. 2 Benedictino ita scribit: Sed quia perfecti viri semper perfectiora sectantur, cepit sacerdos Domini Sanctorum cœnobium circuire, ut aliquid emolumenti ex susceptione sanctitatis valeret accipere. Lustrans Luxovium et Bobium vel reliqua cœnobium sub norma S. Columbani degentia, atque omnia monasteria, quæ intra suum gremium Francia et Italia ac tota concludit Burgundia, astuta intentione providens ut prudentissima apis quidquid melioribus florere vidit studiis, hoc suis traxit exemplis, sive imitandum sibi proposuit. Neque sibi tantum, sed etiam sui sequacibus: nam ita pergit idem biographus: Basilli sancti charismata, Macarii regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima lectione frequentabat assidua: sicutque onustus virtute aromatum sequacibus sanctum monstrabat exemplum.

46 Reversum a Cameracensi præsule Gislenum vicus, quem Racemum anonymus, Resinum vero Rainerus, Rousinum Philippus Bonæ-Spei abbas vocant, exceptit; situs est inter Gislenopolim oppidumque Quenoy in Valencenarum territorio, medio ferme Gislenopolim inter et Cameracum itinere, et vulgari lingua Roissin dicitur. Hic hospiti suo usorem in summum ex partu difficili vite discrimen adductam, non modo sospitem dedit, sed natum etiam ex ea puerum sacro fonte lustravit; pro quo beneficio, ut se gratum ostenderet hospes, quidquid eo in vico possidebat, S. Gisleno contulit, ut illi esset, unde, quam inchoaverat, SS. Apostolorum Petri et Pauli basilicam perficeret. Hæc S. Gisleni biographi: plura recentiores addunt. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad diem ix Octobris, ex Matthæi Moulaerts dignissimi ex abbate Gisleniano Atebatensium episcopi relatu ita scribit: Porro quod attinet ad Racemenses dominos, mater in partu liberata per cingulum S. Gisleni, quod erat ex corio asini et tunc vulgari lingua BODRI (alii Baudri scribunt) dicebatur, in facti memoriam infantem, miraculo genitum, BODRI nominavit. Et nomen istud, mascula prole nondum deficiente, in hanc usque horam in dicta familia, proprium nomen primogeniti remanet. Addit Vinchantius in Annalibus Hannoniæ pag. 114 et seq. in hujus miraculi memoriam, in dominorum Racemensium seu Resinensium sacello fundamentum sub S. Gisleni nomine antiquitus fuisse institutum, ex eoque morem illud ducisse originem, quo parturientes mulieres S. Gisleni patrocinium implorare, ac partu liberatæ Gislenopolim peregrinationes sacras instituere consueverunt: quæ quidem haud gravate admisero. Verum quod de S. Gisleni cingulo ex corio asinino confecto, cujus apud ejus antiquiores biographos nulla est mentio, deque Recemensium dominorum familia jam inde a medio seculo VII ad hæc postrema usque secula continua serie propagata dicitur, fidem haud adeo facilem, ut opinor, inveniet. Nobilis hujus et perantiquæ familiæ seriem quidem genealogicam pag. 219 et seq. Vinchantius exhibet, sed ab anno circiter MCCCIII tantummodo inchoatam.

47 Prodigium huic aliud (si tamen, quod casu etiam contingere potuit, prodigium est appellandum) subnectit abbas Bonæ Spei ex Rainero, qui id se ex Simone, abbate Gisleniano sub seculo XI principium mortuo, audivisse in Præfatione testatur: est autem hujusmodi: S. Amando, Tra-

jecto vel Nicella, uti apud Bollandum tom. 1 Februarii pag. 868 idem abbas scribit, Elnonem (sub annum 650) redeunti S. Gislenum adire placuit; a quo amanter quidem exceptus, impransus tamen ob ciborum inopiam dimissus est: jamque ad Hainam fluvium abeuntem Amandum mœsti Cellenses cœnobitæ Gislenusque deduxerant, cum subito ingens lucius ex aquis in terram prosiluit, quasi se sponte Sanctis illis in cibum offerret, ex quo refectus Amandus ceptum iter est prosecutus. Quidquid id prodigii sit, cum illud anonymus taceat, neque, unde id Simon acceperit, constet, revocari in dubium potest.

48 Multo vero minus fidei meretur, licet ab anonymo antiquiore memoratus, secundus Dagoberti regis ad S. Gislenum accessus, quippe qui, ut supra dictum est, jam pridem obierat. Unde pariter corrumpit, quæ de concessis abs illo rege S. Gisleno Cellensi loco, et villa Hornuto traduntur, quæque ad Sigibertum, Dagoberti filium et Austrasiæ regem, verosimiliter referenda sunt: esto, imperatorem Othonem I apud Miræum lib. 2 Donationum Belgicarum cap. 18 in Diplomate, quo prædia illic memorata, Cellensi monasterio anno 965 confirmavit, eadem quoque dixisse. Cum enim hæc ex his Actis deprompta sint, majorem sibi ea in re auctoritatem vindicare ad diploma non potest, quam quæ ipsis Actis tribuenda est: Hunc locum, ait imperator, rex Dagobertus cum B. Gisleno ad unguem perduxit, et, ut in Gestis ejusdem Sancti legitur, regia munificentia ampliavit. Ceterum ex eo diplomate satis liquet, Hornutum ab omni memoria Gislenianorum monachorum possessionibus adnumeratum fuisse. Est autem Hornutum vicus Gislenopoli vicinus, non solum in Othonis diplomate, de quo paulo supra, memoratus, sed etiam in diplomate S. Henrici imperatoris apud laudatum Miræum cap. 22, quo celebrari illic solitum omni feria quarta mercatum confirmat. Neque hic olim locus ignobilis fuit; nam, ut scribit Vinchantius paulo ante citatus, publica illic negotia tractari consueverant, donec ea Balduinus V expediri Montibus Hannoniæ jussit: quin et ipsa Gislenopolis, quamvis in oppidum jam excrevisset, sub Hornutensi parochia constituta fuit usque ad annum nonagesimum quartum supra millesimum quingentesimum, quo eam ab Hornutensi demum parochia discrevit Ludovicus Berlaymontius, Cameracensis archiepiscopus: quæ, quod infra hujus loci non semel mentio faciendæ est, obiter juverit indicasse. Ad S. Gislenum redeo.

49 Ex quo ad perficiendæ, quæ ceperat, plenam a S. Auberto auctoritatem est nactus, pioremque adjuvari liberalitate cepit, tantum diligentæ sedulitatisque adhibuit, ut ad umbilicum SS. Apostolorum basilicam paucis post annis adduxerit: reliquum ergo erat, ut S. Aubertum, qui consecrandæ basilicæ onus in se receperat, promissi memorem faceret: stetit promissis Aubertus, adjunctoque sibi S. Amando, conditam a S. Gisleno ecclesiam insigni pompa dedicavit, quod non modo S. Gisleni biographi affirmant, sed etiam Fulbertus in Vita S. Auberti, et Baldericus in Chronico Cameracensi suo testimonio roborant. Fulberti hanc in rem verba in codice Ms. † 45 apud nos servato ita habent: Expletis vero pro modulo suo, quæ monasticis usibus congruebant, Vir Dei (Gislenus) venerandum talibus verbis interpellat episcopum: Tempus adest, Pater, quo servo suo dominus pontifex

AGOSTO  
J. B.

Cellensem ecclesiam dedicari curat:

E

F

ad vitam monasticam

at non a  
Dagoberto,  
natus



AUCTOR  
J. B.

pontifex promissæ benedictionis munus exsolvere debeat. Gaudens igitur venerabilis pater, bonis Viri studiis, accessito secum beato ac venerabili Dei cultore Amando, cum magna circumfusæ plebis exultatione monasterium dictum ad laudem Domini et honorem Apostolorum Petri et Pauli consecravit. Si vero Balderici lib. 1, cap. 18 apud Colcenerium: Ecclesiamque, quam idem sanctus Gislenus construxerat, assumpto secum beato Amando, in honore Apostolorum consecravit; quæ quamquam Baldericus cum iis verbis, quibus primum S. Gisleni ad S. Aulbertum accessum exponit, connectat, aliquot tamen anni inter utrumque intercessere. Quo autem anno ea consecratio facta fuerit, ea rerum a S. Amando gestarum ordine definiri debet, veroque proxima Henschenii videtur sententia, qui eam consecrationem, reduce ex itinere Romano, postremo scilicet, Amando, sub annum 653 peractam statuit, cui Cointius consentit in Annalibus ad hunc annum.

allieit SS.  
Waldetrudem

50 Magnam ad eam solemnitatem concurrisse hominum turbam non plebeiorum modo, sed et principum virorum, ut fere fieri solebat, non dubium est: Inter quos, inquit Rainerus, quidam comes nobilis, nomine Malgerus, predicantibus episcopis divina inspiratione compunctus fallaci mundo renuntiatio cum suis actibus capite est tonsus præfati Cameracensis episcopi manibus ac quia crucem Domini tollendo vestigiaque illius sequendo, mundo volebat esse mortuus, in Altononte sub regulari habitu est reclusus, quem, Dei gratia illum præveniente et subsequente, immaculatum servavit fine tenus. Quem Malgerus in Ms. nostro Rainerus vocal, Maldegarium, ac post Vincentium etiam dictum, anonymus nuncupat, nempe S. Walde-trudis conjugem, qui, bona uxoris venia a S. Aulberto in monachum tonsus in monasterium Altimontense, jam ante, ut apparet, ejus opibus haud procul Melbodio inchoatum, primum quidem secessit, sed in Sonegiensi, a se pariter constructo, sanctam vitam beato fine terminavit, ut ad diem XIV Julii in Opere nostro fusius videre est. Porro S. Gislenus Walde-trudi, ut divinitus jussus fuerat, hortator auctorque fuit, ut mariti exemplum secuta, mundo pariter valediceret, et monasterium Castrilicense eo loco, quo ipse primum suum monasterium condere proposuerat, strueret, quæ latius tum apud anonymum nostrum num. XI et seqq., tum in ejus Vita, in tomum 1 Aprilis ad IX ejusdem mensis diem illata, relata reperies. Pauca tamen in anonymum nostrum hic observabo. Ac primo quidem Walde-trudem regi, nempe Dago-bertho, consanguineam vocal. Regio quoque genere nata dicitur S. Aldegundis, Walde-trudis soror, in Vitis a Bollando editis, ad diem XXX Januarii. Sed auctor Vitæ S. Aldegundis, quem dein Mabillonius in lucem protraxit, ipsi sanctæ virgini æqualis, tantum ex vetusta nobilitate familia, commemoratis parentum ejus Walberti et Bertilanes, avunculorum item Gundelanti et Landrici nominibus, ortam dicit; de regia autem tacet.

et Aldegundem,

51 Dein vero anonymus visionem S. Walde-trudis, qua ipsi S. Gaugerici in ecclesia, quæ est in villa Buxuto, apparuit, memorat. Rem ipsam in dubium non revoco: de loco mihi quæstio est. Vicus Boussut alter prope Gislenopolim, alter inter Bellomontium et Walcurtium situs est: vicus item Boussut alter quidem prope Melbodium ad Sabim, alter vero non procul Binchio

ad Hainam. Primum hic Mabillonius in suis ad Vitam S. Walde-trudis Annotatis intelligendum putat. Secundum assignatur in Annotatis ad Acta S. Walde-trudis tom. 1 Aprilis pag. 839. Verum postremum, non procul Binchio situm, salvo tamen reliquorum, si ex illis S. Gaugerici nomini sint dicati, jure, intelligendum arbitror: nam primo Baldericus lib. 1 Chronici cap. 94, quem dicit, vicum Bussud nominat: Super Haguam fluvium (Rainerus et Lantbertus comites) castrum Bussud munierunt: dein idem pagus alteri nomine Strepy propinquus est, natali scilicet S. Madelgarri loco, quem, recedente illo in Altimontense monasterium, S. Walde-trudis adhuc in seculari habitu degens verosimillime incolebat. Tertio locum illum S. Gaugerico sacrum fuisse, inveni in Catalogo Ms. parochiarum aliquot diocesis Cameracensis, ubi Binchiensi decanatu adscribitur; et de eodem denique ita ad decessores nostros (vide tom. 2 Augusti pag. 668) de consecratis S. Gaugerico diocesi Cameracensi ruralibus ecclesiis agens, scripsit clariss. D. Mutte, rerum ad diocesim Cameracensium spectantium peritissimus: Inter quas illa antiquitatis plurimum habet, quæ in Buxuto, vico Hannoniæ secundo a Montibus lapide exstabat, vivente S. Walde-trude, ut fert ejus Vita. Ut adeo illius ecclesiam ob vicinitatem frequenter adhiisse, et ex illius frequentatione ortum videatur, ut, cum illi S. Gaugericus apparuit, in hujus ecclesia Buxutensi fuerit sibi visa versari, quemadmodum anonymus ait. Ultimo denique observo, Castrilicensem fundum, nec Hildulfi, Laribacensis ducis sui præfecti regii, nec Aizæ uxoris ejus, nec S. Walde-trudis dominii proprie dicti fuisse, cum eum locum, teste anonymo, suis opibus S. Walde-trudi Hildulfi emere ab illius domino necesse habuerit; quod contra eos facit, qui S. Walde-trudem Hannoniam, licet arctioribus ea tempestate, quam nunc limitibus circumscriptam hereditario jure possedissee contendunt. Qui plura de sanctis conjugibus Hildulfo et Aya voles, tom. IV Junii ad diem 23, et tom. 2 Aprilis ad diem 18 consule.

52 Auctor præterea S. Walde-trudi S. Gislenus fuit, ut in monasterium Castrilicense, relictis apud Bertilianis liberis, sese abderet, et velamen sacrum a S. Aulberto, Cameracensi episcopo, susciperet. Sanctus igitur Dei Sacerdos, inquit anonymus num. 12, ex toto S. Walde-trudis consiliator, hortatus est eam proficisci ad alium pontificem Aulbertum, ut ejus auctoritate susciperet innocentis vitæ indumenta, quod et gratanter fecit. Id ubi effectum vidit, Walde-trudem hortatus quoque est, ut sororem suam Aldegundem ad vitam monasticam alliceret, uti narrare anonymus pergit. Paruisse Walde-trudem S. Gisleni consiliis, colligi potest ex biographo S. Aldegundis, qui virgini huic sanctæ æqualis fuit, apud Mabillonium Sec. 2 Benedictino pag. 808, ubi ita scribit: Ne a bonis actibus apostataret (Aldegundis) prædictæ matri Bertilanæ epistolas (Walde-trudis) direxit, ut eam ad se visitandam dirigeret. Illa pietate commota ire concessit, jussitque, ut celeriter remearet. Aldegundem id temporis, seu probabiliter sub annum 654 virgunculam anonymus S. Gisleni biographus vocal: natam fuisse Dago-berthi tempore, scribit anonymus ipsi æqualis; Hucbaldus vero sub annum 730: Anno, inquit hic, Dominice Incarnationis circiter evoluto .... orta est in pago Hainoënsi virgo Aldegundis. Particula circiter Hucbaldus non fuisse propositum

earumque  
amicitiam eo-  
lit

P



A *propositum annum Aldegundi natalem exacte describere, indicare videtur: ita ut nihil Hucbaldi opinioni contrarium statuat, si quis eam duobus tribusve annis serius natalem dixerit; ita hoc tempore puella Aldegundis fuerit annorum circiter 20, qua ætate ab anonymo nostro virginitatem nuncupari potuit. Ceterum voti sui compositus SS. Gislenus et Waldegrudis facti sunt, cum dein S. Aldegundis in eastructum a se Melbodii monasterium sese recipit una cum SS. Aldegrude et Madelberta, S. Waldegrudis filiabus. quod ut fieret, non parum etiam S. Gislenus adlaboravit. Dicuntur hæc quidem non tantum natæ, sed etiam cum S. Aldegunde monasterium Melbodiense ingressæ, quod cum hactenus dictis pugnat, Dagoberti tempore: sed eruditus notum est multa a multis Dagoberti temporibus adscribi, quæ sub ejus successoribus acciderunt: neque id mirum est; cum annos Dagobertini regni, quod sedecim annorum fuit, alii 25, alii 30 vel 34, imo 44 numerent, ut Henschenius lib. 1 de tribus Dagobertis pag. 49 tradit.*

neque ad obitum suum.

B *53 Quæ deinceps num. 14 et seq. narrare pergit anonymus summæ necessitudinis amicitiaque vinculum Gislenum inter binasque sorores Waldegrudem et Aldegundem arguit; ut initum a SS. Gisleno et Aldegunde pactum, ut abbates seu abbatissæ Melbodiensis cenobii in universis necessariis præsto forent abbati fratribusque habitantibus Cellæ S. Gisleni, pontemque construerent, per quem fidelis populus oratum pergeret ad locum prædictum: huc etiam facit donatio duorum mansorum in Basiaco, a S. Aldegunde Cellensi monasterio facta, cujus meminit Otho imperator apud Miræum lib. 2 Donationum Belgicarum cap. 18. Item donatio villæ Frameraies a S. Waldegrude facta, uti et oratorii S. Quintini in vico Quaregnon medio fere inter Gislenopolim et Montes Hannoniæ itinere, quo jam præ senio fracti, nec longiori viæ pares, ut spiritalibus de rebus inter se colloquerentur, convenire SS. Gislenus et Waldegrudis consueverunt. Verum observanda est potissimum visio, quæ S. Aldegundi de S. Amandi gloria fuit oblata; ea qua, si non accurate, non admodum equidem remote annus S. Gisleni supremus, cum potiora monumenta desint, determinandus est. Visionem illam Henschenius in Vita S. Amandi § xv vivo Amando contigisse autumnavit, sed neque anonymum æqualem Vitæ S. Aldegundis scriptorem, neque, quem edimus, S. Gisleni biographum videtur.*

qui subannum 681

C *54 Ita prior biographus apud Mabillonium Sec. 2 Ben. pag. 811 et seq. rem refert: In illis temporibus erat quidam episcopus, nomine AMANDUS, amicitia spirituali familiaritate (S. Aldegundi) adnexus. Quadam nocte, dum se sopori dedisset, beata virgo vidit illum a Domino coronari et magnam catervam animarum cum illo beatitudinem Christi percipere, et vociferabant angeli: Ecce munus amabile, quod ore prædicando acquisivit, Domino contulit. De amici salute (utique jam parva) virgo beata evigilans gaudet exsultans in corde suo. Ita vero anonymus noster: Ea tempestate sanctus pontifex Amandus sui cursu laboris consummato spiritum divitiis celestibus operatum reddidit Regi æterno. Quem sancta virgo Aldegundis in visu ab eodem Rege, regnum Domino vidit celestis diademate coronari. Accedit his auctor Epitomes historice tom. 1 Febr. pag. 894 de translatione et elevatione corporis S. Amandi, qui hanc*

*visionem S. Aldegundi oblatam ait in ipsa, qua B. Amandus transiit, hora. Contigit igitur ea visio anno 679, si hoc anno Amandum ex hac vita migrasse cum Mabillonio et Cointio statuas. Quo posito, Aldegundem ad annum usque 684 in vicis fuisse superstitem, seculo 2 Benedictino pag. 815 recte Mabillonius probat. Porro cum, moriente S. Amando, S. Gislenus tamquam senex decrepitus fractusque ab anonymo depingatur, atque adeo uno tantum alteroque verosimiliter anno in vicis esse perrexit, annum ejus emortualem ad annum circiter 681, haud male referri posse cum Mabillonio reor, dum aliunde plus aliquid lucis afferatur.*

AUCTORE J. B.

*55 Natalem ejus apud Superos diem biographi tacent. Die 19 Octobris obtisse loci traditio est, quem diem vetustiora Gisleniani monasterii Calendaria pariter signant. Sepultus est in condita ab ipsomet SS. Petri et Pauli basilica, miraculis post obitum clarus; non tamen S. Autberti Cameracensis episcopi opera, quod lib. 3 Annalium Hannoniæ cap. 14, pag. 114 Vinchantius scribit: nam ante S. Amandum Autbertus obiit, cum illius Testamento, quod tom. 1 Februarii pag. 871 et seq. Henschenius exhibet, subscripserit S. Vindicianus, S. Autberti in Cameracensi sede successor.*

die 19 Octobris contigit.

## § V. Monasterii Cellensis et reliquiarum S. Gisleni vicissitudines aliquot.

*Etsi quidem minime dubitandum videatur, quin ab ipso fere obitu S. Gisleni veneratio ceperit, florentissimumque successoribus suis monasterium reliquerit; via aut ne via quidem quidpiam eorum, quæ integro circiter post Sancti obitum seculo acciderunt, transmissum ad posterum est: id unum scitur, Gislenianum monasterium, ut se habent humana, a primo suo splendore sensim descivisse. Quamvis præcis temporibus, inquit Rainerus, S. Gisleni Miracula descripturus, a loci primoribus tam ædificiis, quam institutis regularibus, nec non etiam luce sapientiæ et scientiæ non minimum locus Cellensis fuisset decoratus, paulatim tamen per incuriam cultus et veneratio ipsius decessit, nimirum, teste anonymo, quousque magnus rex Carolus cuidam abbati propinquo suo nomine ELEFANTI præfatum locum concessit servandum. Abbatem hunc Rainerus multarum abbatiarum rectorem opinatissimum vocat. Eginhardus Caroli Magni biographus plura rexit monasteria, ut Salighenstadiense, Fontanellense, Fossatense, Gandense, idemque Caroli Magni gener, ducta in uxorem Inma ejus filia, in Chronico Laureshamensi fuisse legitur; quamquam id ex ipso Eginhardo in Vita Caroli videatur posse refelli. Hinc nonnulli Elefantem et Eginhardum unum eundemque fuisse conjectant. An satis solide ipsi viderint?*

Inclinatum Cellensis monasterii

*57 Susceptam ab Elefante monasterii Cellensis administrationem anno 808 Mabillonius Cointiusque in suis Annalibus innectunt: at cur huic potius, quam cuivis alteri, non procul tamen inde remoto, illa innectenda sit, equidem ignoro. Prima ejus cura fuit, ut veteri templo sublimius pulchriusque substitueret. Rem etiam domesticam Gislenianis monachis auxit, condito*

statum restituit, novumque templum



ACTORUM  
J. B.

in diocesi Suessionensi prioratu in villa d'Alemans dicta, quam Cellensi cœnobio annis 965 et 1068 apud Miræum lib. 2 Donationum Belgarum capp. 18 et 22 confirmarunt imperatores Otho et S. Henricus: Hanc ALEMANNIS, inquit Henricus, ex donatione Elephantis ejusdem loci abbatis, qui fuit propinquus Caroli regis, ab antiquo possidet hereditario jure idem Sanctus. His antiquior Cellensis anonymus, qui S. Gisleni miracula scripsit, infra num. 7 consonat. Cellensis seu Gisleniani juris fuit usque ad seculum XVI, quo illum Carolus Croius, Tornacensis episcopus et S. Gisleni abbas, alienavit, ut scribit Vinchantius in Annalibus Hannoniæ pag. 128; quo præterea teste, prioratus ille, mutato nomine, S. Gislenus minor dictus fuit. Vicum vero Allemant non procul Suessione apud Blævium in Tabula Geographica Picardiæ, qui hanc consulere voluerit, reperturus est.

Elefans abbas condit:

58 Porro Elefans ad exstructi a se novi templi dedicationem Halitgarium, Cameracensem episcopum, evocavit. Veniens ergo episcopus (Haltigarius) dixit, non debere illud benedici, manente intus alicujus Sancti corpore aut ali-  
B quibus Sanctorum reliquiis. Erat enim in more positum, ut pridie consecrationis, Sanctorum reliquiæ in proximas ecclesias aut locum aliquem separatim deferrentur, ac sequenti die in novum templum referrentur, ut apud Martene lib. 2 de antiquis Ecclesiæ ritibus cap. 13. num. 7 videre est. Sancti itaque corpus foras monasterii oratorium extulerunt, ac post absidem altarisque fenestram abdidit: verum, consecrata ecclesia, eo reportari S. Gisleni corpus Haltigarius noluit; non quod de Gisleni sanctitate dubitaret, sed speraret fore, ut, instaurato monasterio restitutaque religiosæ vitæ disciplina, novis prodigiis S. Gisleni merita Deus ostenderet; ac tum demum nova solemnitate (quod, etsi serius, revera contigit) in basilicam illam sanctum corpus inferendum esset. Contigit ea consecratio VIII Kalendas Augusti seu die xxv Julii, qui S. Jacobo Apostolo sacer est, regnante Ludovico Pio. Quod si die Dominico, ut fieri plerumque solebat, facta statuatur, illius annus etiam haberetur 818, quo littera C (diei xxv Julii respondens) Dominicalis, ut loquuntur, fuit: a dicto autem anno dies Dominicus, sedente Haltigario, in diem xxv Julii non incidit, nisi anno 829. Ne vero rejiciatur (dicta consecratio) in hunc annum (inquit Cointius) prohibent veteres annalistæ, qui Haltigarium anno Redemptoris octingentesimo duodicesimo Constantinopolim a Ludovico Augusto directum scribunt. Nescio, quo pacto factum sit, ut Mabillonius in Annalibus, ad annum 808 num. 65 de hac consecratione agens, Cameracensem episcopum, cujus opera ea peracta fuit, non Haltigarium, sed Hildegarium nominarit: unde accidisse videtur, ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom. 3. col. 10 ex una consecrationem confinnerint geminam, alteram ab Hildoardo, alteram ab hujus successore Haltigario factam. Ceterum S. Gisleni corpus extra novam ecclesiam terra contextum ibidem ad seculum usque decimum, ut infra videbitur, mansit.

dein vero una cum monasterio

59 Cetera Elefantis abbatis gesta alta sunt oblivione sepulta: neque quamdiu Cellense cœnobium recerit, quos successores habuerit, aut quid rerum horum tempore gestum fuerit, scire nos passa est invidia temporum. Una mansit luctuosissimæ non Cellensi cœnobio tantum, sed et

Belgio universo cladis, a Normannis sub annum 881 illatæ, memoria, cujus partim atrocitate, partim seniorum segnitie, ut anonymus S. Gisleni biographus loquitur, locus rediit in eremi vastitatem, ita ut, sublatis monachis, vic clericus unus, qui sacerdotale munus obiret, superesset, qui ne quidem illic, sed in vicino Hornutensi pago habebat hospitium: Denique iis diebus, ait miraculorum S. Gisleni scriptor anonymus, quidam presbyter Teutfridus nomine prædictum locum, quo venerandus vir basilica constructa sepeliri se mandaverat.... per successionem ad explendum inibi sacerdotale debitum, videlicet sui gradus officium, acceperat, sibi que in villa proxima, quæ vocabulo dicitur Hornutum, hospitium deputaverat. Tantum quippe secretus vel inaccessibilis locus monasterii illius videbatur, quod præ horrore solitudinis etiam inhabitabilis fieret. Is cum esset monasterii status, mirum profecto non est, si tum, quod pariter anonymus asserit, non modo locus, quo latebant S. Gisleni exuvie, fuerit ignoratus, sed ipsiusmet Sancti memoria fere penitus oblitterata.

60 At tandem divino Numini placuit S. Gisleni reliquias propalare, et Gislenianum monasterium pristino splendori restituere. Cæcus quidam in somno monitus, ut ad id monasterium pergeret, jussis paruit, receptoque oculorum visu lætus ad suos rediit, monito prius loci presbytero, Gisleni membra in sæpe dicto monasterio jacere et loco sepultura transferri oportere, qui cum locum ignoraret, nihil in illo perquirendo operæ aut diligentia posuit: locum illum tandem S. Gislenus ipse Winerado cuiusdam, viro probo pioque, apparens ostendit, jussitque, ut fixo die, nempe xxxix Septembris S. Michaëli sacro ossa sua ex humo effoderentur, quo die, adjuncto sibi loci presbytero, in designato sibi loco (retro templi absidem ex dictis supra) S. Gisleni exuvias invenit. Cum vero in synodo Moguntiacâ anno 813 celebrata cap. 50 statutum esset, ut deinceps corpora Sanctorum de loco ad locum nullus presumat transferre sine consilio principis et episcoporum et sanctæ synodi licentia, prius evocandum diocesanum episcopum censuerunt, quam Sancti reliquias in constructam ab Elefante basilicam reportarent. Fecit id Stephanus Cameracensis episcopi jussu et vice Gilbertus (seu Oilbaldus, ut Rainerus scribit) Cameracensis ecclesiæ archidiaconus, die xv mensis, ut opinor, Octobris, quo toto tempore gratissimum S. Gisleni ossa odorem diffudisse, addit Miraculorum ejus scriptor anonymus. Annum porro, quo ista translatio contigerit, accurate definire non admodum pronum est.

61 Anonymus Miraculorum scriptor, de Miraculis, quæ inventionem corporis S. Gisleni præcessere agens, ita loquitur: Agitur ergo sive proditur istud tempore congruo, imo superano respectui placito, scilicet Henrico Saxone rege Franciæ Austrasiorum sive Germaniæ gerente insignia sceptræ, Ghiselberto earumdem regionum duce vel consule, ut per principes famosi nominis promulgaretur celebre nomen latius famosi miraculi. Gislebertus a Carolo Simplicè Lotharingiæ primum præfectus, ac dein rebellis in Carolum factus, ad Henricum Aucupem fugit, cujus opera Carolo reconciliatus Lotharingiæ partem recepit; sed ceteros, qui sua habebant, ingenti cæde vexabat, donec omnia sua recipe-  
ret, ut habet Chronicum Saxonicum tom. 8 scriptorum rerum Gallicarum pagg. 224 et seq. Dein

Sanctis memoria perit.

E

F

sed reuinit, detectis



A Dein anno 929, ut ibidem pag. 227 traditur, Henricus, qui Lotharingæ partem jam habebat, sperans, Gisleberti opera totum se regnum Lotharii habiturum, suam illi filiam in uxorem dedit, subdelegato omni pariter duci Gisleberto) Lotharii regno. Hanc epocham designare videtur anonymus Miraculorum S. Gisleni scriptor, ita ut ante annum 929 Inventio corporis S. Gisleni contigisse non videatur; cum quæ hanc præcessere apparitiones, et ipsam quoque corporis S. Gisleni Inventionem Gisleberti, ab Henrico universæ Lotharingæ administrationi denuo admoti temporibus innectere videatur verbis mox laudatis Miraculorum S. Gisleni scriptor anonymus. Alioquin enim cur Henrici potius, quam Caroli Simplificis, aut solius Gisleberti hæc memorans meminisset? Sed neque multum ultra dictum annum ea translatio differri potest, cum anno 933 vel certe sequenti, quem Baldericus lib. 1 cap. 68 signat, Stephanus obierit, ac translationi, ut ex sequentibus patebit, superstes fuerit; ut non male anno circiter 929 solemnitas illa peracta statui possit, vel annis aliquot citius, si anonymi verba paulo latius sint accipienda.

sub annum  
929 ejus reliquias, quas auferunt

B 62 Porro basilicæ, sacrarumque S. Gisleni reliquiarum jam sublimi loco positarum cura sacerdoti cuidam mandata est, cepitque ad S. Gisleni basilicam magnus hominum concursus fieri, imo, si Rainerum audias, etiam esse ividiæ, qua ducti Melbodienses, into cum Montensibus consilio, S. Gisleni corpus furtim ablatum ad Melbodiense cœnobium detulerunt. Exin cum sacerdos, Cellæ beati viri editurus, ac vicini circumquaque suspensi mæore nimio de ablato corpore afficiuntur, apparuit idem (Sanctus) quibusdam ex eis per visum consolans, spondensque se celeriter reversurum, simulque monens, ut Malbodienses super hoc convenirentur. Ita anonymus Miraculorum scriptor: at rem paulo fusius aliterque Rainerus narrat: apparitionem alteram, cuidam Egrardo factam, S. Lamberto, Gisleni discipulo, tribuit; alteram autem, cuidam Adelelmo oblatam, S. Gisleno. Addit Egrardum a S. Lamberto in mandatis habuisse, ut Herbertum comitem, optimum vicinum, adiret, nimirum, ut Herberti intercessu S. Gisleni corpus Melbodienses restituerent: sed nihil horum præstitisse Egrardum. Quis fuerit Herbertus ille, dubium est. Mabillonius in Indice historico sec. 2 Benedictini Montensem comitem vocat. Erat id temporis Hannoniæ comes Ragnerus, Gisleberti frater: neque scio, num alius quispiam Montensis comitis titulo gavisus ea tempestate fuerit: præplacet Heribertus, Veromandensis comes, cujus ditio Hannoniæ confinis erat, contractumque cum Gisleberto amicitiaæ fœdus ad annum 931 Flodoardus memorat.

Melbodienses ac restituere coguntur:

C 63 Qui autem Melbodienses ad restituendum S. Gisleni corpus compulsi fuerint, anonymo nostro enucleatius Rainerus prodit, cujus propterea in hanc rem verba hic visum est sistere: Apparuit denuo ipse S. Gislenus in villa Havigio cuidam Francigenæ nomine Adelelmo dixitque ei: Ego sum Gislenus. Scis, quid sit factum de corpore meo? At ille: Scio, ait, Domine, omnia. Tunc Sanctus, nequiter, inquit, in me actum est. Sed modo non tardes adire Malbodium dicturus prelatæ Theodradæ et aliis sororibus cum sacerdotibus, ut reddentes sine cunctatione corpus meum restituatur suo loco. Mane

vero surgens jam dictus Adelelmo fecerat omnia, quæ jusserat Sanctus. Illi vero negligentes dicta ejus spreverunt. Misso autem præcone ad episcopum Cameracensium dominum Stephanum, venit accedens usque castellum Malbodiense, stansque foris intromisit, qui dicerent majoribus natu: Reddite, quæso, fratres ac sorores, almi vatis Gisleni corpus, ut suo a Christo dato restitatur loco. Sin secus, excommunicabo, ne quis in hoc loco Missas nec alia Deo obsequia celebret. Quod audientes Malbodienses, licet coacti, paruerunt tamen episcopo. Juxerit etiam Rainerum, diem modumque, quo in locum pristinum S. Gisleni corpus relatum fuit, exponentem audire: ita pergit: Tunc quoque jussit episcopus decanum venire cum omnibus decanæ suæ fratribus, atque Sancti glebam referre cum reverentia et honore condigno, quibus jussis obtemperantibus, præcepit etiam episcopus, ut singuli sacerdotes per singulas hebdomadas custodirent locum cum sancto corpore, donec cum duce Gisleberto quæreret, qui eundem locum servarent diu noctuque. Facta est siquidem Idibus Decembris relatio sacrorum cinerum et reconditur eadem die cum maximo clerici plebisque tripudio in sæpe memorata basilica Apostolorum.

actores  
J. B.

64 Sacerdotes, quos Stephanus, Cameracensis episcopus servandis S. Gisleni reliquiis addixerat, non diu post loco cessisse oportet; nec immerito, si vera sunt, quæ de his Cellense monasterium temere ingressis, pessima eorum vita, circumvectisque hac illac turpis lucri causa S. Gisleni reliquiis Rainerus apud Mabillonium sec. 2 Ben. pag. 798 narrat: verum hisce de rebus anonymus Miraculorum scriptor altum tacet, et a sacrorum S. Gisleni cinerum reductione ad instituti Benedictini in Gisleniano cœnobio instaurationem mox progreditur his verbis: Post, Deo annuente, meritis servi sui intervenientibus, principum consilio decretum est, esse debere in loco his beneficiis insignito cœtum ecclesiastici ordinis Majestati supernæ continue militantem. Ergo monachico ordine sub norma Sancti habitus instituto majoribus demum virtutibus monasterium ipsum attollitur. Post, inquit; reportatis nempe S. Gisleni reliquiis: non audiendus est igitur Vitæ S. Gerardi Broniensis scriptor, qui corporis S. Gisleni inventionem ac reductionem, adjectis etiam commentis aliquot, S. Gerardo adscribit: multum enim ille anonymo nostro, qui in ipso Gisleniano monasterio, abbate Gerardo, ut ex dicendis num. 66 liquet, anno 938 degebat, auctoritate et fide cedere debet, quod hic observandum, uti et eundem anonymum ad manus nostras ante edita a nobis S. Gerardi Acta haud pervenisse.

transferuntur a clericis ad Benedictinos

65 Ceterum reliqua, quæ dictam monasterii Gisleniani instaurationem comitata sunt, adjuncta ex Rainero vel auctore Vitæ S. Gerardi repeti debent; Rainero teste, præcipuus illius auctor fuit Gislebertus Lotharingæ dux, qui, S. Gerardo Bronio evocato, ut Gisleniani monasterii curam regimenque susciperet, suasit, persuasitque, quamvis jam tum multarum abbatiarum moderator esset: sed hoc Raineri dictum tom. 2 Octobris pag. 255 et binis seqq. discussum vide. Rursum Rainero teste, eo motus potissimum fuit Gislebertus partim visione quadam, qua ipsi S. Gislenus apparens S. Gerardum monasterio suo præficiendum postulavit, quod ille non solum præstitit,

Cellense monasterium sub annum 953,



UICINUS  
J. B.

tit, sed etiam, quæ ad illud pertinuerant, prædica-  
tam præceptis regalibus, inquit Rainerus in Ms.  
apud nos servato cap. 9, quam salubribus Stephani  
Cameracensis episcopi (vel adhuc superstitis,  
vel paulo ante defuncti) exhortationibus resti-  
tuit: ex quo consequi videtur, anno circiter 933  
id contigisse: quod ex iis, quæ de contracta  
muliere Dada postremo loco anonymus Mira-  
culorum S. Gisleni scriptor tradit, confirmatur:  
hanc enim ab initis statim nuptiis crurum con-  
tractione laborasse, et S. Gisleni meritis eo malo,  
abbate Gerardo, liberatam fuisse, eaque de causa  
sub sacro velamine, (addo, et cœnobitarum Gis-  
lenianorum moderamine) Cellensis ecclesiæ excubiis  
deservire voluisse; sed, refragante hujusmodi de-  
siderio ejus marito, in eundem morbum re-  
lapsam scribit, donec anno 938 rursus S. Gisleni  
patrocinio sanitati restituta Cellensi ecclesiæ mini-  
steriis sub sacro velamine deservire promisit, post-  
quam eo morbo sexennium laborasset: si autem ab  
anno 938 annos 6 ordine retrogrado numeraveris,  
ad annum 933 aut 932 revolvere. S. Gerardi tem-  
pore id accidisse etiam Rainerus in Ms. apud nos  
servato affirmat: Eodem namque tempore, quo  
idem abbas Gerardus videbatur præesse sæpe dicte  
Cellæ fratribus, mulier quædam nomine Dada, quæ  
post licitos maritalis conjugii amplexus, ita est di-  
vino nutu contracta etc.

quo paulo  
post defla-  
grante, flam-  
ma parit  
reliquias  
Sancti,

66 Annum 938 accurate propter Gisleniani,  
quod eo labente contigit, cœnobii incendium  
designare anonymus S. Gisleni Miraculorum  
scriptor voluit. Hoc quidem, inquit, lamentabile  
excidium provenit anno ab Incarnatione Domini  
nongentesimo trigesimo octavo, die dominica ho-  
ra sexta XII Kalendas Septembris, Gisleberto duce  
adversus Ottonem regem Saxonum causa regni  
concertante. At cum anno 938 dies XXI Augu-  
sti Dominica non fuerit, non XII, sed XIV Kal.  
Septembris notasse anonymum reor; tum quod  
facilius hujusmodi error committi potuit, muta-  
ta cifra v in unitatem, quam annus 936, quo dies  
XII Kal. Septembris Dominica fuit, mutari in an-  
num 938. Et sane quod de Gisleberti cum Ottone,  
Henrici Aucupis filio, concertatione memorat,  
anno 936 minus congruit: nam Gislebertus  
anno 939 Rheni undis submersus periit: nec  
movere arma adversus Ottonem cepit ante  
annum 938. Frodoardus in Chronico ad annum  
939 apud Bouquetum tom. 8 Scriptorum rerum  
Gallicarum de Gisleberti Gestis ad hunc modum  
loquitur: Lotharienses Othonem suum regem  
deserunt, et ad Ludovicum regem veniunt, qui  
eos recipere distulit. ... Lotharienses iterum ve-  
niunt ad regem Ludovicum: et proceres ipsius  
regni, Gislebertus scilicet dux et Otho, Isaac  
atque Theodoricus comites eidem se regi com-  
mittunt. .... Otho rex, Rheno transmissio, regnum  
Lothariense. .... devastat. .... Gislebertus dux  
Lothariensium trans Rhenum profectus præda-  
tum, Saxonibus se, dum revertitur, insequenti-  
bus, in Rhenum fertur desiluisse cum equo:  
ibique vi enecat us undarum postea reperiri non  
potuit, ut fertur. Sigibertus, licet Henricum  
anno 937 obiisse, perperam statuat, ad annum  
tamen 938 ita scribit: Contra Othonem (postea)  
imperatorem rebellant Everardus, comes pala-  
tium, et Gislebertus dux Lotharingiæ. Quæ au-  
tem Frodoardus alique Scriptores Gisleberti  
Gesta in unum eundemque annum 939 conge-  
runt, anno 938 facile potuerunt sumpsisse ini-  
tium: unde hic annum 938 retinendum probabi-  
lius autumo. Sed, inquires, jam inde ab anno

937 S. Gerardus Bavoniani monasterii curam  
susceperat, qui tamen Dadæ mulieris sanationi,  
instanti festivitate S. Gisleni factæ, præsens ad-  
fuisse ab anonymo dicitur. Esto: verum nihil  
obest, quo minus, Bavoniano monasterio tanti-  
sper relicto, Ganda Cellas reviserit, recenti cladis  
medelam et monachis suis, quod posset, solatium  
allaturus. Ceterum in tam gravi casu, ut ait  
anonymus Miraculorum scriptor num. 9, id Gis-  
lenopolitanis cœnobitis solatio fuit, quod S. Gis-  
leni aliorumque Sanctorum reliquiis flamma pe-  
percit.

67 Hactenus anonymum Miraculorum S. Ge-  
rardi scriptorem æqualem duceam secuti simus:  
sed cum nos hic ille, vel certe Gislenianum apo-  
graphum deserat, quæ deinceps dicenda sunt, seu  
ex Raynero, seu alunde cogimur mutuare. Mi-  
racula quidem nonnulla, S. Gisleni meritis patra-  
ta, quamvis ab anonymo relatata, non alligimus:  
verum hæc in nostris ad anonymi hujus lucubra-  
tionem Annotatis, quoad fieri poterit, illustrabi-  
mus. Porro relatata ab anonymo S. Gisleni Mira-  
culis tria subjunguntur apud Rainerum, de quo-  
rum 1 et 3 § seq. agemus: secundum, quod  
confirmant nonnulli, inquit Rainerus, se vidisse,  
qui adhuc supersunt humanis rebus, obiter atti-  
gisse sufficiet. Ita autem habet. Dominicus qui-  
dam ex villa, ubi venerantur pignora S. Salvii  
(nunc Ordinis Benedictini illic prioratus est prope  
Valentianas, dictaque olim fuit Brevitica,  
vulgo Bruvaige) visu priatus, hujus recuperandi  
causa, prout monitus in somnis fuerat, Cellense  
monasterium S. Gisleni opem imploraturus ac-  
cessit, acceptaque ab Hunoldo æditivo ex puteo S.  
Gisleni aqua, lotisque ea oculis, ad suos optato  
donatus lumine rediit.

cujus aliquot  
miracula hic  
attinguntur.

## § VI. Sancti reliquiæ sæpius trans- latæ, ejusque nomini erectum sodalitium.

Postquam divini Numinis providentia factum  
est, ut humi defossæ S. Gisleni reliquiæ seculo X  
detegerentur, ac publicæ venerationi expo-  
nerentur, longe lateque illius fama increbuit,  
et sæpenumero sacra illius ossa de loco in locum  
translatæ, aut variis de causis circumvectæ fue-  
runt. Contigisse id etiam seculo IX Jacobus Gui-  
sius vol. 2 Annalium Hannoniæ fol. 68 refert  
Ragineri seu Raineri hujus nominis I, tempore,  
quem sub annum 881, cum timeret, ne in Han-  
noniam arma Normanni converterent, S. Gis-  
leni reliquias ingenti incolarum agmine stipa-  
tum, ac nudis pedibus incedentem Montes Han-  
noniæ transtulisse, affirmat. Verum translationis  
hujus nec apud anonymos hactenus laudatos, nec  
apud Rainerum ullum vestigium exstat; neque  
(de S. Gisleni reliquiis loquor) ea locum habuisse  
videtur: nam anonymo, S. Gerardi discipulo,  
teste, annum inter 925 et 929, uti num. 61 dictum  
est, eodem loco, quo circa annum 818 Halitgarri,  
Cameracensis episcopi et Elefantis abbatis Cel-  
lensis ætate mandata terræ fuerant, reperta  
fuerunt S. Gisleni ossa, et quidem cum alta homi-  
num mentes loci, quo jacerent, atque ipsos hujus  
ministros occupabat oblivio, quæ, si imminenti-  
bus Hannoniæ sub seculi proxime superioris fi-  
nem Normannis, translatio isthæc contigisset, et  
pacatioribus dein temporibus relatæ fuissent in  
Cellense

Sancti reli-  
quæ

F



A *Cellense monasterium S. Gislени exuviae, locum habitura fuisse, interjecto inter illarum in pristinum locum relationem inventionemque tantillo temporis spatio, non videtur.*

ad Grandem locum sub x. sec. finem

69 *Certior ea translatio est, quae sub Simone Cellensi abbate, ac proin sub finem seculi x, aut sequentis initium contigit: hanc ex Rainero seculo 2 Benedictino pag. 799 inseruit Mabillonius, ubi haec fere legas: exorta Arnulfi et Raineri comitum tempore Montenses inter et Hornutenses simul jam eo proruperat, ut ne a mutuis quidem cedibus abstinerent: obviam huic malo ituri Rainerus, Hannoniae comes et Simon Cellensis abbas utrosque in campum quemdam, grandem locum dictum, ac prope Quaregnonem, ut ferunt, situm convocant, ut coram SS. Gislени et Waldetrudis reliquiis pacem invrent: paruerunt utrique, sed animo minus sincero Montenses; vindictae enim avidiores arma, quibus ex improviso Hornutenses aggredierentur, inter arbusta absconderant. Serpebat interim rumor, Simonem Balduino comiti S. Gislени vendidisse reliquias. At enim Simon, cum utrimque ad sacras reliquias ventum est, ut impactam sibi calumniam refelleret, hujusmodi oratione est usus:*

B *O Domine, cujus visus dominatur in mente, si vere scitur a te integrum corpus nostri patroni, clarifica hoc ante conspectum dubitantium indicio virtutis tuae. Quam orationem, inquit Rainerus, secutus est tantus fragor tonitruum et nebulae atque commoti desuper aëris, insuper et pallium excussum est, quod tegebat secretum digni confessoris. . . . Qua visa causa, qui insidiantia arma attulerant, compuncti, nec non et cuncti alii prostrati, communi voto conclamant, sub pacis sponse observandum auxilium S. Gislени: multisque muneribus eum ditantes eum gaudio retulerunt ad propriam Cellam repedantes.*

aut sequentis initium;

70 *Refert haec Aegidius Boussu in Historia Montensi pag. 34, inter annum 985 et 1002, quo postremo defunctum ait Rainerum, Hannoniae comitem, hujus nominis III. Vinchantius ad annum 985 id factum narrat: sed serius contigisse videtur. Cum enim Simonem de venditis Balduino comiti S. Gislени reliquiis tum temporis accusarint aliqui, atque ex hoc capite odium illi conciliare conati videantur; Balduinus autem hic memoratus haud alius fuerit, quam Balduinus IV, cognomento Barbatas, Arnulfi II sub annum 989 defuncti, filius; non ante hunc annum, quae numero superiore relata sunt, contigisse videntur; immo eo potius tempore, quo jam simul alias aliqua inter Balduinum IV et Arnulfum, Cameracensem et Valentianensem comitem intercesserat. Id autem tempus Baldericus lib. 1 Chronici sui utcumque manifestat sequentibus verbis: Interea vero obortis simultatibus inter comites, Balduinum videlicet Flandrensem, atque Arnulfum Valentianensem, asperrima exerevit discordia, quae usque ad bellum procedens quietem hujus civitatis (Cameracensis) plerumque interpolavit. Nam quia Erluinus episcopus (Cameracensis) utpote cum communis ditionis sub imperatore consocio familiaritatem habebat, Balduinus (qui Gallis favebat) civitati huic multas incommoditates irrogabat. Gravius etiam furori incubuit, ubi mortem imperatoris tertii Ottonis, anno 1002 defuncti, audierit. Tum narratis Ottonis obitu et Henrici II electione, ita pergit: Ipse vero Balduinus interim multa ma-*

Octobris Tomus IV.

nu collecta Valentianense castrum obsedit, atque Arnulfo, quia longe numero erat inferior, expulso, vendicare praesumpsit. Malim itaque Hornutensium Montensiumque rixis, de quibus numero superiore, anno circiter 1000, quam 985 adscribere.

durosse J. B.

71 *Seculo xi Gerardus I, Cameracensis episcopus, in Castello Cameracensi quinto ab urbe Cameracensi milliari S. Andreae oratorium, teste Balderico lib. 3 cap. 49, a fundamento construxit, quod modo Benedictinum caenobium est. Quo anno id dedicatum fuerit, inter Scriptores, quos vidi, non convenit: plures tamen id anno 1025 die xxii Septembris contigisse affirmant. Ut ut sit, ad augendam dictae solennitatis pompam eo delatas fuisse S. Gislени reliquias ex Colbenerio disco, qui hac de re in suis ad dictum Balderici textum Annotatis ita scribit: Catalogus Gallicus Ms. et Gazeus (S. Andreae monasterium) dedicatum fuisse scribunt anno mxxv. Addit idem Catalogus ad illius dedicationis sollemnitatem de mandato Gerardi allata fuisse Sanctorum corpora Gaugerici, Autberti, Acharii, Salvii, Ragenfredis, Wasnulfii, Gislени et Humberti. Id quoque asserit auctor, qui seculo xvii Historiam Miraculorum S. Gislени Gallico sermone conscripsit, cui religioni fuit, ne quidquam sine documentis assereret. Is porro S. Gislени reliquias Cameracum pariter fuisse delatas ait, cum Cameracensem cathedralam, quam exstruxerat, ecclesiam perquam solenni ritu idem Gerardus anno 1030, ut Baldericus lib. 3 cap. 49 scribit, xv Kalendas Novembris dedicavit.*

sec. vero xi ad castrum Cameracensi et Cameracum,

72 *Quinquennio post altera reliquiarum S. Gislени translatio contigit, quam apud Mabillonium seculo 2 Bened. pagg. 799 et seq. Rainerus, res sua aetate gestate referens, his verbis tradit: Necessitate compulsus Dominus abbas Heribrandus cum suis fratribus anno ab Incarnatione Domini mxxxv non valentes ferre vastationem sui loci cum corpore beati Gislени visi sunt adisse clementiam imperatoris Conradi (hujus nominis II, cognomento Salici) lacrimabiliter se reclamantes de vastatione sui loci et de indigentia sui caenobii: a quo benignissime consolati et munificentis regis dotati. . . . ad notum sibi caenobium sunt reversi. Quid causae fuerit, cur Cellenses monachi ad Conradum confugere necessum habuerint, ex Balderico lib. 3 cap. 21 uberius intelliges: Post obitum vero, inquit, abbatis (Cellensis) Wenrici duos abbates (Guidonem et Hilfridum) alterum post alterum comes Rainerus substituit: hoc siquidem modo abbatiam vindicare praesumens. Quod quia nefas esset, Dominus episcopus (Cameracensis Gerardus I) sua auctoritate rejecit, cum, ut supra diximus, abbatiam quamlibet nullus praeter imperatorem aut episcopum debeat commendare. Postea vero imperator, quem voluit Herbrandum scilicet, qui nunc est, monente Domino episcopo, ut dignum est, sublimavit. Hic etiam multa mala perpessus est a comite Rainero, seu Raginerio hujus nominis IV. Ceterum non inusitatum erat, ut Sanctorum reliquiae principibus sisterentur a clericis et monachis, si quam passi erant calamitatem aut injuriam. Sic clerus Trajectensis anno 944 S. Servatii reliquias Duisburgum ad Ottonem I, ob multimodas sibi ab Immone comite illatas injurias detulisse leguntur in Appendice Reginonis.*

ad Conradum imperatorem

73 *Non sine prodigio id iter institutum fuit.*

133 Cum



ACRONO  
J. B.  
Thorensequæ  
cenobium,

Cum enim, ut scriptor mox laudatus ait, Gislenopolim rediens, Visatium (inter Leodium Trajectumque situm est hoc oppidum) pervenisset, ecclesie ingressu ab ædituo, obseratis foribus, prohibitus tantisper fuit, dum hinc alio abire cum S. Gisleni reliquiis meditati ecclesie valvæ sponte patuerunt. Cæca item hic puella, ad S. Gisleni reliquias accurrens, acolorum usum recepit. Divertit etiam eo itinere Heribrandus ad Thorenses moniales, benigneque ab his exceptus in grati animi pignus loci abbatissæ S. Gisleni Vitam (verosimillime ab anonymo scriptam) dono dedit, quæ anno postero mulieri, e partu periclitanti, abbatissæ jussu admota, salutem attulit: ex quo autem S. Gisleni Vitam Thorenses virginæ acceperunt, natalem Sancti diem suo in monasterio quotannis celebrandum decreverunt. Abbatissæ nomen Gerbergæ fuit, quæ Benedictæ, B. Ansfridi comitis Huiensis et Hirsuindis filiæ, forte successerit: ejus certe nomen abbatissarum Thorensium catalogo, initio sui calde mutilo, addendum videtur. Situm porro est hoc cenobium prope Masacum in diocesi Leodiensi, ac primum Benedictini instituti fuit, sed in nobilium canonicarum, quod hodieque floret, collegium deinde conversum. De B. Ansfrido seu Aufrido in Opere nostro ad diem III Maii plura reperies.

ac iterum  
Cameracum  
et ad Has-  
noniense

74 Cameracum denuo S. Gisleni reliquiæ anno 1064 delatæ fuerunt, cum S. Lietbertus basilicam S. Sepulchri, quod Benedictinum in illa civitate cenobium est, dedicavit, uti videre est in Catalogo Sanctorum, quorum reliquiæ ea occasione illuc delatæ fuerunt, tom. 4 Junii pag. 601 S. Lietberti Vitæ subnexo. Sexennio post ad Hasnoniense tribus a Valencenis leucis ad Scarpum monasterium delatæ fuerunt, cum hujus monasterii ecclesiam, post monachos Benedictinos canonicis in eo substitutos, solenni admodum ritu et pompa Balduinus VI Flandriæ et Hannoniæ comes dedicari voluit. Adfuerit solennitati huic Lietbertus Cameracensis, Ratbodo Noviomagensis, et Rainerus Aurelianensis episcopi: abbates vero quindecim, hosque inter Fulcardus Cellensis. Solennitatem auverunt translatae illuc plurimorum Sanctorum e vicinis locis reliquiæ, quas Tomellus monachus, qui Balduino a secretis fuit, cap. 17 Historiæ Hasnoniensis cenobii apud Martene tom. 3 Anecdotorum enumerat; loco autem decimo S. Gisleni reliquias recenset. Acta est, inquit Tomellus, hæc dedicatio in honore Apostolorum Petri et Pauli tertio Nonas Junii (non Martii, ut Locrius; aut Julii, ut Miræus in Chronicis scribunt) anno ab Incarnatione Domini MLXX, Alexandro Papa sanctæ Romanæ ecclesie presidente, regnante Henrico Lotharingiæ, Philippo Franciæ regibus.

et Melbodi-  
ense cenobia  
translatæ.  
nova item  
thezæ inclu-  
sa fuerunt;

75 Ex hæcenus dictis, quam celeberrimus S. Gislenus seculo XI fuerit, intelligi satis superque potest; neque hujus rei desunt seculi XII documenta. Hoc enim seculo ad annum sexagesimum primum propecto insignis reliquiarum S. Aldegundis translatio facta est, quam Adrianus, S. Gaugerici decanus, et Melbodiensis Præpositus (vide Opus nostrum ad diem xxx Januarii pag. 1051 et seq.) rei gestæ testis oculatus descripsit, ubi de allatis Melbodium S. Gisleni reliquiis ita loquitur: Allata sunt et corpora sanctorum Gisleni et Waldetrudis cum magno comitatu virorum ac mulierum. Rei gestæ annum 1161 his verbis determinat: Actum Malbodio anno incarnati Verbi MCLXI Indictione IX etc. diem vero fuisse ait VIII Idus Junii, seu ejusdem mensis

diem VI, S. Norberto nunc sacrum, qui eo anno in III hebdomadæ seriam incidit. Altera item reliquiarum S. Gisleni translatio, seu e veteri in novam decentioremque capsam repositio facta est anno ejusdem seculi octogesimo Calendis Junii; de qua Excerpta nostra ex Gislenianis monumentis ita habent: Anno Domini MCLXXX Cal. Junii facta est translatio corporis S. Gisleni, S. Sulpitii et beatæ Leochadiæ virginis et martyris a Domino Rogero episcopo Cameracensi cura domini Lamberti abbatis Cellensis; cujus præterea mentionem faciunt Molanus in Additionibus ad Usuardum, Canisius, Saussayus, Wion, Dorganus, Gallix Christianæ auctæ Scriptores tom. 3 pag. 16 Instrum. ex litteris Henrici de Bergis Cameracensis episcopi, et Philippus Brasseur in Aquila Gisleniana ex ipsismet Rogeri episcopi Litteris. Raissius Belgicæ Christianæ pag. 130 et seq. actum visitationis, in S. Gisleni theca repertum, et his verbis conceptum exhibet: Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octuagesimo concurrente secunda, epacta vigesima secunda, Indictione tertia decima, luna quarta, die Dominica vigesima Kalend. Junii translatum est in serinii hujus conclavi corpus Christi sacerdotis Gisleni a Domino Rogero Cameracensis sedis episcopo, residente Alexandro Papa in sede Apostolica, nec non regente Frederico Romani populi jura, Lamberto quoque abbate regulariter annuente, cum sibi subditorum caterva.

76 Seculo XIII, cum Hannoniæ comitissa Joanna Gislenianas possessiones per suos occupasset, loco suo S. Gisleni motæ fuerunt reliquiæ, humique, ut fieri etiam alias soluit, depositæ, dum anno ejusdem sec. 38 (secundum alios 36) in pristinum locum fuere relatæ ac publicæ denuo venerationi non sine pompa expositæ: qua de re laudata mox Excerpta sic habent: Anno Domini MCCCXXXVIII pridie Idus Augusti comitissa Joanna Flandriæ et Hannoniæ et Godefridus episcopus Cameracensis cum multa reverentia et pompa relevarent corpus S. Gisleni, quod ad terram positum fuerat, quia comitissa posuerat mansores in curtibus abbatie. Mansores dicuntur qui in aliquo loco manent. Gisleniana basilica anno 1151 VIII Idus Maii incendio perit: quæ nunc exstat a Lamberto condita cepta est anno 1183; cui dein adjectum fuit S. Gisleni sacellum, supra cujus altare in argentea capsâ maximam reliquiarum S. Gisleni partem deposuit Henricus de Bergis Cameracensis episcopus anno 1491 die xv Januarii, separato a reliquo corpore Sancti brachio. Anno MCCCCLXXXI, inquit Gallix Christianæ auctæ Scriptores paulo ante laudati, Henricus de Bergis Cameracensis episcopus visitavit reliquias S. Gisleni, quas integras (reperit) dempto uno brachio, quod deosculandum quotidie peregrinis exhibetur, coram Joanne abbate S. Gisleni et plurimis vicinis abbatibus, easque transtulit in novum sacellum: de quibus omnibus litteras dedit: ex quibus discimus easdem olim fuisse visitatas per Rogerum episcopum Cameracensem anno MCLXXX. Nullam hoc loci Scriptores illi D. Quintini Benoist S. Gisleni abbatis mentionem faciunt: contra Philippus Brasseur in Aquila Gisleniana eadem referens solius Quintini meminit: verum laudati Gallix Christianæ Scriptores in abbatum Gislenianorum serie docent, Joanni consortem fuisse Quintinum, illoque superstite, totum abbatie onus sustinuisse, ita ut utriusque tempore res acciderit: præcipuas ta-

men



A *men hoc in negotio partes agente Quintino, de quo ita Excerpta nostra*: Ejus tempore visitatæ sunt reliquiæ B. Ghuisleni ab Henrico a Bergis episcopo Cameracensi et translata a summo altari, quod situm est in choro ecclesiæ, in sacellum quod ædificatum erat a se in parte anteriori in honorem ejusdem Christi confessoris.

presulibus

77 Acta visitationis hujus apud Raissium pag. 170 et seq. *Belgiæ Christianæ sit habent*: Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Indictione decima, mensis Januarii die decima quinta, videlicet Dominica post Octavas Regum, sedente Innocentio Papa VIII, Frederico imperatore, ac filio ejus Maximiliano Romanorum rege, ejusque filio Philippo archiduci Austriæ, Burgundiæ, Brabantæ etc. Nos Henricus de Bergis, episcopus Cameracensis, visitavimus reliquias sancti Gisleini Christi confessoris, quas, dempto uno brachio, quod deosculandum quotidie peregrinis exhibetur, integras reperimus; convocatis Quintino hujus monasterii abbate, Joanne ejus prædecessore, Petro abbate de Crispinio, Joanne abbate S. Dionysii in Broque-roya, Guilielmo abbate de Cambrone, et Joanne sancti Joannis Valencenis abbate; ut ejusdem Christi Confessoris memoria et reverentia celebrari haberetur, eadem die dedicavimus capellam novam in honorem ejusdem sancti Gisleini contiguam ecclesiæ. et in eam præfatas reliquias transtulimus: ipsamque ecclesiam cum ambitu claustrum conciliavimus ac festa Dedicacionis vetustate jam abolita annis singulis deinceps eadem die, scilicet proxima Dominica post Octavas Regum celebranda de novo cum indulgentiis institutum. Fuerant autem præfate reliquiæ per Rogerum presulem Cameracensem visitatæ anno Domini MCLXXX. Quæ singula nos Henricus episcopus Cameracensis sigilli nostri appensione attestamus præsentibus hujusmodi actibus visitationis, dedicationis, et reconciliationis, Priore et conventu ejusdem monasterii S. Gisleini, ac magistro Egidio Bricart, et Joanne Daubulle notariis Apostolicis, populi copiosa multitudine.

subinde visitatæ,

78 S. Gisleini brachium, quod fidelium venerationi seorsum expositum supra vidimus, anno 1581, quo Tornacenses hæretici Gisleinopolim die Nativitatis B. Mariæ invaserunt ac diriperunt, deperditum, recuperare haud potuerunt Gisleiniani cœnobitæ. At anno 1586, ut scribit Philippus Brasseur in Aquila Gisleiniana pag. 70, anno autem 1588, ut habent excerpta, post visitatas a Ludovico de Berlaymont, Cameracensi archiepiscopo, abbatæ Cellensis reliquias, alterum S. Gisleini brachium amissi loco fidelium venerationi expositum fuit. Acta Visitacionis hujus laudat Philippus Brasseur, eorumque principium ait his verbis conceptum: Sedente Sixto Papa Quinto. Sed quoniam hæc ad manum non habeo, verba, quibus, quæ modo dicta sunt, in Excerptis nostris referentur, hic sisto. Sic habent: Post dicti Hieronymi (Lietart) abbatis decessum anno MCLXXXVIII ejusdem anni mense Novembri, mensis die x visitatæ sunt reliquiæ monasterii S. Gisleini a reverendissimo et illustrissimo domino Ludovico a Berlaymont archiepiscopo Cameracensi præsentibus venerabilibus viris R. D. Joanne du Maisni abbate Crispiniensi, Valeriano du Flos, canonico Cameracensi, et domno Joanne Hazart Priore totoque conventu ejusdem loci. Tunc a corpore beati Gisleini de ejusdem illustrissimi domini consilio, totius conventus

fratrum assensu separatim est secundum ejus brachium, quod in perditum locum repositum modo peregrinis osculandum datur. Hieronymus Lietart secundum Gallie Christianæ auctæ scriptores Gisleinianas infulas una cum vita deseruit anno 1586 die III Septembris. Cum autem visitatio prædicta eodem anno, quo hic obiit, peracta dicatur, standum hic Philippo Brasseur, qui eam e visitationis ejusdem Actis, quæ laudat, dicto anno 1586 illigat.

AUCTOR  
J. B.

79 Illata Cellensi basilicæ ab hæreticis damna Amandus d'Anvin reparavit; eumque imitatus Gaspar Boussu binas ex argento artificiose admodum elaborato capsas, quarum alteri S. Gisleini caput, alteri residuum ejus corpus includerentur, construi jussit: in hanc Franciscus Vanderburchius S. Gisleini plerasque reliquias anno 1626 die S. Lucæ, in alteram vero caput S. Gisleini anno 1628 die S. Joanni Evangelistæ sacro Jacobus Ghelneur Crispinii, inter Montes, Valencenas et Gisleinopolim siti, abbas solenni ritu intulerunt; uti apud Gallie Christianæ auctæ scriptores tom. 3 in Serie abbatum Gisleiniorum, et apud Philippum Brasseur videre est. Denique seculo XVII belli sæpe longe lateque diffusa, certantibus inter se Gallis et Hispanis, in Hannoniæ quoque illata fuit, quo tempore SS. Gisleini, Waldetrudis et Aldegundis reliquiæ in collegiata nobilium dominarum ecclesia adversus belli calamitatis venerationi expositæ fuerunt. Sed anno 1647, cum belli moles, recepto a Leopoldo archiduce, Belgii gubernatore, Landresio, alio translata videretur, S. Gisleini reliquiæ consilio curisque D. Augustini Crulay abbatis maxima pompa ad sedem propriam remearunt die III Octobris seu Dominica S. Gisleini festum præcedente, ut nostra ex Ms. Gisleiniano Excerpta latius exponunt. Ex his salis liquido constat, quam celebris a multis retro seculis S. Gisleini cultus fuerit; imo tantum fuisse aliquando perhiberi hominum die ejus festo ad ejus reliquias concurrentium multitudinem, ut huic neque viciniore pagi, neque Gisleinopolis ipsa capiendæ sufficerent.

et sec. XVI  
Montibus res-  
lata Gisleino-  
polim.

80 Neque alia desunt cultus ejus sacri documenta insignia: honori sibi duxerunt præcipuè in Hannonia nobilitatis familiæ, si se S. Gisleino ad princeps ejusdem altare ultro offerrent. Quin et ea lege servos libertate donabant, ut quotannis die S. Gisleino sacro, ac denuo, cum matrimonium inirent, tributum aliquid solverent; cum vero vita cederent, res, quam e mobilibus relinquebant optimam, Cellensis cœnobii feret: sed eorum, qui S. Gisleini obsequio eo se pacto et sponte devotebant, dein mutata conditio est, coalueruntque primum quidem in sodalium aliquod, quod Charitatis appellatum fuit, et anno 1120, Burchardi Cameracensis episcopi, ac anno 1123, Calixti II summi Pontificis auctoritate confirmatum. Dictum deinde S. Gisleini fuit, cui præter principes viros complures adscribi voluit cum conjugæ sua et Infante Philippo IV Hispaniæ rex, amplosque favores Urbanus VIII anno 1625 concessit, uti ejus ea de re Bullam, quam Gallice translata, Vitæ S. Gisleini D. Hieronymus Marlier Gisleinianus abbas subjunxit, consulenti patebit. Ejus denique festum velut Patroni sui solenni ritu colere consueverunt Academia Lovaniensis alumni, Lilienses dicti, ut Notitiæ nostræ Gisleiniane testantur.

ubi et sub  
nomine ejus  
sodalitium  
fuit erectum.

VITA